

DE RECTA PRINCIPIS INSTITVTIONE, AD EMANVELEM PHILIBERTVM SABAVDIAE Principum,


818471

Nº 1
9-32

Clarissimi I. C. Hieronymi Cagnoli Equitis, & Subalpini Ducis Senatoris liber.

B. Cagnoli
Totius huius libri capita.

- De vita & regimine boni Principis hic tractatur numero 1.
- De ingenti spe atq; expectatione ipsius principis. 2.
- De parvis muneribus benigne a principibus accipiendis, & bona hominis voluntate consideranda. 3.
- De dignitate librorum. 4.
- Principi adolescentiam maximis periculis esse positam. 5.
- Principes, ubi opus est, admonitore carere. 6.
- Pertinentia ad corporis prosperitatem & sanitatē, physicis congruentius esse relinquenda. 7.
- De physicis nonnulla. 8. Et de religione ac cura diuina rei. 9.



1717
DE RECTA PRINCI-

PIS INSTITVTIO-

NE, A'D EMANVE-

LEM PHILIBER-

TVM SABAVDIAE

Principem,



Clarissimi I. C. Hieronymi Cagnoli Equi-
tis, & Subalpini Ducis Senato-
ris liber.

B. Collect. Soc. Sen. Grand.
Totius huius libri capita.

De vita & regimine boni Principis hic tractatur,
numero 1.

De ingenti spe atq; expectatione ipsius principis. 2.

De parvis muneribus benigne à principibus acci-
piendis, & bona hominis voluntate consideran-
da. 3.

De dignitate librorum. 4.

Principis adolescentiam maximis periculis esse ex-
positam. 5.

Principes, ubi opus est, admonitore carere. 6.

Pertinentia ad corporis prosperitatem & sanitatē,
physicis congruentius esse relinquenda. 7.

De physicis nonnulla. 8. Et de religione ac cura di-
vina rei. 9.

A 2

Prin-

Principis magis obligari erga Deum, quam priuatos, & de oratione Principis ad Deum. 10. & 11.

Cur Deus Imperium orbis conceperit Romanis. 12
De amore patriæ, & zelo iustitiæ Romanorum. 13. & 14.

De ciuili Romanorum beneuolentia & pietate. 15.
De imperij dominijq; iniusti diuina permissione, propter hominum scelera. 16.

Tyranni ira Dei sunt in terra, prout Attila & Tamberlanus seuisissimi fuerunt. 17.

Sub Octauiano, propter reuerentiam Saluatoris, tunc secundum carnem nati, pax in uniuerso orbis fuit. 18.

De quibusdam principibus probis ab initio regimini, sed postmodum malis effectis. 19.

De punitione iniquorum principum, ac Tyrannorum, que à Deo datur, postquam per illos peccatores puniunt. 20.

Curandum summopere, ut princeps sub bonis preceptoribus imbuatur, & instruatur à teneris. 21.

De amore, cura & ueneratione uirilitatis. 22.

De uilitate literarum, ac libris per principem legendis. 23.

Pediam Cyri elegantissimam, fideliter scriptam non fuisse. 24.

De uilitate lectionis historiarum, contra oses literarum. 25. & 26.

Princi-

Principis proprium est, plus scire, quam alij intelligent. 27.

Boni principes literis sueuere ornati. 28.

De cibo, potu, & somno. 29.

Modum seruandum in admittendo uenientes, & abeuntes dimittendo, salutandoque maiores, & col ligendo amicos & beneuolos. 30.

Correctio quantum prodest principi teneriori. 31.

De iustitia & clementia principis. 32.

De execrabili Cesaris prouerbio, Si uis uioladum, est.

33.

De antiquitate ditionis Imperijque domus Sabaudie. 34.

De pietate principis. 35.

Indulgentias & gratias delinquentibus, an & quando principes concedere & facere debeant. 36.

Princeps in regno, est uti pluuia in terra. 37.

De liberalitate, benignitate, humanitate & abstinentia principis & de ingratiuidine euitandæ, 38. cum seq.

De parsimonia frugalitateque principis, & mensura sumptuum. 41.

Omnia à principe sic agenda sunt, ut possit omnibus, aut saltem Deo administrationis rationem reddere. 42.

De ira & affectibus à principibus euitandis. 43.

Insa principum diligenti consideratione prahabita fieri debere. 44.

6 DE RECTA PRINCIPIS
 Ad bene recte, regendū, salubris Claudiani instru-
 ctio. 45.
 Vtrum melius sit & vtilius, per vnum quam per
 plures regi. 46.
 Quemadmodum vnus dominium optimum est,
 quando est iustum: ita eius oppositum est pessimum. 47.
 Quomodo variatū est dominium apud Romanos,
 quorum Resp. ex dominio plurimū interdū magis
 aucta est. Et cur Imperatores à principio se reges
 appellare noluerint. 48.
 In principatu plurimum sapius contingit dominium
 Tyrannicum, quàm ex vnus Imperio. Ideo re-
 gimen vnus melius est. 49.
 Qualiter multitudo habere se debeat circa regem
 & principem. auferenda est enim ei occasio, ne
 in tyrannidē incidat, & tolerandus etiam ratio
 ne maioris scandali euitandi. 50.
 Ex malo principe Dei auxilio posse bonum fieri, cū
 cor regis in manu Dei sit: tollenda est tamē prius
 per homines culpa. 51.
 Quid præcipuē mouere debeat principem ad regen-
 dum honor vel gloria. 52.
 In celesti beatitudine, boni principes maiorem gra-
 dum obtinebunt. 53.
 De principatu virum ostendente. 54.
 Princeps bono regimini studere debet, propter sui
 ipsius

INSTITVTIONE. 7

ipsius bonum & vtile, quod inde prouenit. 55.
 Iusti principes magis distantur, quam Tyranni, hi-
 93. penes quos nullus est Iustitia locus. 56.
 De hypocritis propter iniquitates & scelera populi
 regnantibus, & quis sit hypocrita. 57.
 Infelix est princeps, qui populo in Dei furore con-
 ceditur. 58.
 Princeps debet esse in principatu & regno, sicut a-
 nima in corpore, & sicut Deus in mundo. 59.
 De ordine boni regiminis. 60.
 Principum proprium est, instituire ciuitates & op-
 pida, ad gloriam consequendam, eligendo loca
 temperata. 61.
 De salubritate aeris in ciuitate requisita. 62.
 De salubritate aqua in ciuitate necessaria. 63.
 De copia rerum in ciuitate expedienti. Et qui mo-
 dus copia magis conducatur. 64.
 De amantate ciuitatis, vel loci. 65.
 Non est absolum in specie ponere, quæ in genere di-
 fla fuerunt. 66.
 Expedit principem diuitijs abundare. 67.
 De educatione. 68.
 De equitatu principis. 69.
 De thesauro Principi necessario. 70.
 De ministris principis. 71.
 De crebra mutatione iudicum & regimine igno-
 torum euitando. 72. & 82. (73.
 De periculosa pauperis ad magistratū assumptione.

8 DE RECTA PRINCIPIS
 De moneta principis, & cura circa illam habenda.
 74.
 De correctione & reformatione abusuum. 75.
 De ponderibus & mensuris, in bono regimine neces-
 sarijs. 76.
 De eleemosyna & eleemosynarum profectus, quos
 eleemosynarios nuncupant. 77.
 Succurrendum esse populo in suis necessitatibus. 78.
 Maiorum vestigia quando sequi expediat. 79.
 Emanuel interpretatur, id est, nobiscum Deus. 80.
 Philibertus, id est, amor abundans. 81.
 Vtrum expediat magistratus & rectores esse per-
 petuos. 82.
 De loco Curie Senatoria. 83.
 De aditu ad principem absq; difficultate prestan-
 do. 84.
 De artibus regijs. 85.
 De audientia per principem necessario prestanda. 86
 De horis statutis, quas princeps habere debet, ad
 prestandam audientiam. 87.
 De vigilantia principis & Remp. gubernantis. 88.
 Laudabilis est principem occurrere, ne delicta cõ-
 mittantur, quam perpetrata punire. 89.
 A sermone principis non conuenit quempiam tristẽ
 discedere. 90.
 De pena infidelitatis Principum. 91. & 93.
 De obseruantia contractuum principis. 92.
 Benefacta disclaj, a malis turpibusq; authoribus,
 quomodo sint recipienda. 94. De

INSTITVTIONE. 9
 De adulatoribus. 96.
 Principes raro verum audiunt. 97.
 Quare Euangetorum liber in sacrificio offeratur
 principi osculandus. 98.
 Quantũ mali afferant reprobi mores principis. 99.
 Bonus princeps Dei simulacrum est, malus verò
 diaboli. 100.
 De auaritia, quæ in principe est pessima. 101.
 Boni principis non est, populos deglubere. 102.
 De contemptu artium, quæ pro vtilitate contra
 iustitiam instituta sunt. 103.
 Et si suæ atas principi aduletur, non asserabitur po-
 sterioritas. 104.
 Bono principi nihil deest. 105.
 Ad quod exemplũ formare se debet princeps. 106.
 Cauendum est principi à malo & pestilenti exem-
 plo. 107.
 De delatoribus. 108.
 De stipendijs subtrahendis indignè accipientibus. 109
 De metu & amore subditorũ versus principẽ. 110.
 De cura studij & vniuersitatis. 111.
 De prodigijs expiandis. 112.
 Ad principem spectat neminem repellere, sed vno-
 quosq; vti, prout reipũ vtilitas exegerit, premijs-
 que bonos & pœnis malos afficere, quum premio
 & pœna resp. contineatur. 113.
 Ex re maxime est, principem, quum potest, his quæ
 in consilijs eius aguntur, interesse. 114.
 A 5 Officia

Officia apud bonos collocanda sunt, pretio autem ne
quaquam concedenda. 115.

De salubri Platonis praecepto ad principes & resp.
gubernantes. 116.

In dubijs princeps id consilium sequi debet, quod ho-
nestum est; praecipueq; vniuersitatis rationem
habere. 117.

Decipitur venditurq; bonus princeps, nisi bene ca-
ueat. 118.

Mali principis consultores, magis reip. nocent, quam
principis malus, modo illi sint boni. 119.

Alexandri optimi consultores & familiares. 120.

Principes sapientes redduntur ex conuersatione sa-
pientum. 121.

Multa sunt aures, & multi oculi ac longe manus bo-
ni principis. 122.

Qualis est familia, talis praesumitur dominus, prin-
cepsue. 123.

Exemplum notabile ad cognoscendum, omnes Cyri-
anicos & familiares bonos iustosq; fuisse. 124.

Ex erratis aliorum, in melius vitam nostram in-
stitueret pulchrum est, & vile, sapientiaq; esse, re-
uocare in alium propositum. Et quae sint funda-
ment. adolescentis, ad sapientiam asequendam.
125. cum duobus seq.

A principe male informato, ad eundem melius in-
formandum licitum est appellare. 128.

De commendatione eruditorum virorum. 129.

Princi-

Principem a tergo & a fronte oculatum esse debere.

130.

De legibus & decretis condendis emendandisque.

131.

De mercatoribus ab iniuria defendendis. 132.

De viarum securitate & pulchritudine. 133.

Etymologia Sabaudia. 134.

De communicatione ciuitatis facile concedenda.

135.

De iniurijs illatis in domo, vel praesentia principis se-
uerius puniendis. 136.

De coitu delictisque muliebribus euitandis, & de lu-
dis permixtis. 137.

Animo corporique interdum dandam esse requiem.
138.

De musica, & de peruertentibus officia noctis &
diei. 139.

Auctoritas principis a Deo est. Et translatio regno-
rum de gente in gentem, ob non seruata iusti-
tiam, pariter a Deo est, nec semper ipsius Dei ar-
bitrio, populo constituitur princeps. 140.

De venatione principis. 141.

De vestitu & ornatu principis. 142.

An princeps frequenter suis ostendere se debeat. 143.

Artis est a curia quandoq; secedere. 144.

De cognitione personarum & locorum suorum prin-
cipi necessaria. 145.

A sacris & diuino cultu dicatis rebus abstinere ma-
nus

nus princeps debet. 146.

Neglectam religionem vlciscitur Deus. 147.

De spiritu, ob neglectam religionem deiq; cultum, in hunc mundū, ira ipsius Dei, pestem ferente. 148.

De legatis, & qualiter cum illis agendum. 149. & 160.

In rebus asperis fortissima consilia capere expedit. 150.

Qua facere per alium potius, quam per se princeps debeat. 151.

Quum dubitat princeps aliquod iustum opus impediri, visis literis sibi forte presentatis, ut atur stragemate hic relato. 152.

De secretariorum constitutione & ordinatione. 153.

An expediat principi, ipsum esse neutralem, vrbesq; & loca sua munire, ab omniq; vi secura facere. 154.

In secundis reb. qualiter se habere debeat princeps. 155.

De virtute temperantie Principis. 156.

Admonitores voluptatum à principibus esse expellendos. 157.

Circa qua versetur consultatio boni principis. 158.

Iniquis consultoribus non esse prebendas aures, nec facile credendum. 159.

In iure reddendo non esse habendam distinctionem perso-

personarum. 160.

De gestu principis. 161.

Consilium & gesta principum non esse enuncian- da. 162.

Oij & negotij magna differentia, & de considera- tione habenda in suscipiendo bello. 163.

De celeritate & mora. 164.

De prospera atque etiam aduersa fortuna, atque constantia diui Caroli, secundi Sabaudie Ducis, Principis nostri Excellentissimi. 165.

Vitam hominis sapius illustrari per aduersos casus, quam ex rebus prosperis. 166.

Propter Dei amorem, & odium peccatorum no- strorum, varijs pœnis affligimur. 167.

Bellorum immisio & infortunium a Deo est, prop- ter scelera nostra. 168.

An melior sit Iustitia animata, quam inanimata. 169.

Epistola presens congruentius forte libri nomen accipiet. 170.

De detractoribus & vituperationibus. 171.

De veneratione vetustatis, contemptuq; & inuidia presentis virtutis. 172.

Optata principi, cui scribit: 173. & vlti,

34 DE RECTA PRINCIPIS
ILLVSTRISSIMO AC
MAGNANIMO EMA-
NVELI PHILIBERTO

Subalpina Ditionis Principi, & Aste Comiti Excel. Ditionis Caroli secundi Sabaudia Ducis filio, Hierony. Cagnolus Iurisc. Vercellensis. S.



DECREVERAM iam pluribus annis præteritis (vt Excel. tua nõ ignorat) Princeps inclyte, nonnullas lucubrationes diuulgare, coniunctis quibusdam iam dudum editis, sed inde reuifis auctisq; & eas sub clypeo vmbraſq; nominis tui emittere. Cui enim alij, quàm tibi conſecrandæ fuerant? Iccirco Epistolam conſcripſeram, in qua vt aliqua ætati tuæ eo tempore vtilia conuenientiãq; ac meo officio conſentanea, tractarem, & afferrem quæ ad officium boni principis pertinerent, ſecundum ſcripturæ auctoritatem, & laudatorum Regum exẽpla, pro viribus citra nauſeam proponere ac oſtendere, Principem tunc adhuc Iuuenem alloquens, ſategi, diligenterq; curauim. Ideo de vita & regimine boni principis verba fecimus: quod, quum materia alta ſit & diuſa, bre-

1.
De regimine boni Principis. pis.

INSTITVTIONE. 15

breui Epistola abſoluere non potuimus. poſtmodum per vniuerſam ditionem tuam ſæuente Marte, quum opera mea illic parum vtilis videretur (ſilent enim leges inter arma) ne animus torpoſceret, temporisq; iacturã facerẽ, poſt multos annos contra nos irati Martis, à Sereniſſi. Princi. Illuſtriſſi Senatu Veneto vocatus, ad celeberrimum eorũ Patauinum Gymnaſium, ciuilia Iura interpretaturus me contuli, vbi magnis laboribus & vigilijs plura alia mundo fortaiſſis vtilia & grata excuſſimus, quorum partem cum prædictis ad communem vtilitatem edere decreuimus. Sed im menſa præter cæteras tunc ſubijt cura, an quæ tibi dicantur, condigna eſſent. quia ſi magnos viros magnis rebus, maximos maximis, demumq; pro dignitate quemque proſequi debemus: quem maiora decernerent, non videbam. Nunc autem cum relictis (vt aiunt) nucibus, euacuaris quæ erant paruuli, & cum Inuictiſſimo Cæſare, ſuperioribus annis conrinuè degens, bellis Germanicis non ſolum interfueris, verũ præfueris, & victoriæ Cæſaræ pars magna iudicio cunctorum mortaliũ fueris, a deoq; magnus factus ſis, vt inter viuentes Principes nullus ſit, qui nationi cuius, quæ ſub cœlo ſit, te grator degat, nec in quo maior ſit ſpes, & expectatio: hæc mini-^{2.} ipſiſſima Principia & puerilia videantur. Attamen ne tanti laboris opus periret, & per Excel. tuam alij Principes iuuenes ante tempus fortè ſapere poſſent,

De ingenti expectatione hæc mini- ipſiſſima Principia. pis.

sent, ac mens, & affectio mea erga Excel. tuā innotescerent, de animi mei sententia minime decedens, Epistolam ipsam (prout tunc cōscripta fuerat) edidimus. faxit Deus, vt aliquando sub compendio, saltem res à te fortiter & magnifice gestas, ac gerendas, posteritati commendare possim. id tam libet et sum facturus, quàm qui maximè desiderat. * Quæ igitur tua est humanitas (magnanime & genere se Princeps) has vigilas eo animo suscipe, quo tibi gratissima quæque soles. non .n. regium minus est parua benigne ac comiter accipere, quàm magna largiri. Nec vlli vicio vquam fuit, Deus colere, quoquo modo possit. Nam vt ad Vespasianum Plin. ait, Et dijs lacre rustici, multaq; gentes supplicant, & mo la tantum falsantur, qui non habent thura. * cap est dignitas librorum, vt eos sibi inscribi maximi reges honestum & gloriosum sint ar bitrati. Telam igitur tandudum contextam, Princeps inelyte, proficquens dicebam, quam nis ab ipsa natura & animi & corporis dotibus ita constitutus videaris, vt omnia magna de te sperare liceat: quum tamen prope biuium pythagoricum consistas, & sciam nusquam prudentiæ minus, nusquam periculi magis esse, quoniam teste M. Cicero, multi nobis blandimenta natura ipsa genuit, & interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa inuisitare aut ingredi sine villo casu, aut prolapsione vix posset, & multa

rum

rum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, sed & roborata caperetur. ferantq; Herculem, quum adolefcens esset, & duas cerneret vias, vnam virtutis & alteram voluptatis, diu multumq; secum cogitasse, vtram caperet: reiecit tamen voluptate tandem virtutem complexum: vnde per multos graues labores labores, opimone hominum iter sibi in cælum extruxit. His verd, qui sublimiore sunt fortuna, iter illud ambiguum maximè offertur, quippe inter rerum arduitiam ad omnes voluptates suppetentiū, & assequedi quæcunq; cupierint facultatem, adulatorumq; ingentem copiam, vix rationi & recto iudicio vacat vsq; iam locus. Quapropter diuinus ille latio difficile esse dicebat, laudis dignum, in magna peccandi licentia iuste vixisse. Quemadmodū. n. testantur Historix, * Carer admonitore principes in his reb. VI. s. op. est, quas scire ex re maximè est. Hæc ad te scribere principes ad re adortus sum, non quidem consulendo, monitore ca- quibus rationibus possis in singulis negotijs reu. rectè administrandis officio fungi, quo & bona conserues, & mala euites (eorum enim est munus, qui tecum perpetuam habent consuetudinem) sed in genere, & quæ vitæ studia spectare conueniat, & in quibus exerceri, sincerè explicando: vt hæc legens, te ipsum, & ea quæ cū laue apis, recognoscas, & in dies magis te ad gloriam excites, his veluti calcari bus: ad beneficiendum antè oculos tuæ Excel.

B

cel.

3.
Munera quæ
nis parua be-
nigne acci-
pienda à prin-
cipibus, &
voluntatem
consideran-
dam.

4.
De dignitate
librorum.

5.
Adoleſcentia
prin- p. ma-
ximi peris
In t. i. x. posita

6.

VI. s. op. est,
principes ad
re adortus sum,
monitore ca-

cel. positus. Cunctis igitur viribus nitendum est, vt eum te præstes, qui his tam generosis adolefcētiæ tuæ primordijs dignè respondeat: ne aut tu naturæ muneribus malè vsus, aut illa in te tam diuina indoles mentita videatur. Planè si admonitionibus nostris aures accommodare non dedignaberis, & ea quæ scribimus, suscipere, ac adimplere non neglexeris: hæc legisse relegisseque nunquam te dēnitebit: eritque inter Agelilaos, Theodosios, & alios bonos principes, aliquid loci gloriæ tuae.

Quæ ad regimen vitæ * ac prosperitatem corporis conferunt, physicis, quos semper optimos inclita domus tua habere solet, congruentius relinquemus. obiter tamen cum Aristot. ad Alexand. magnum, te admo-nebo, en in vno confidas. Quoniam potens, inquit, est ad nocendum, nephastiq; præsumptum ad effectum perducere, ostenditq; * quantum salubre sit expertos physicos secum habere, illorumq; consilij in his, quæ ad artem suam pertinent, vti. Memineris, inquit, Indorum Regi-næ factum, quando amicitie causa tot tibi dona misit, inter quæ fuit venustissima illa puella, quæ ab infantia imbuta & serpentum nutrita veneno fuerat, aded vt illius natura versa fuerit in naturâ serpentû. & nisi illa hora ego sagaciter inspexissem eâ, & arte magica iudicassetem, eo quia ita audacter inue-

re-

recundetq; suum in facies hominum flegebat visum, pertendens, quod solo morfu hominem interficeret, vt experimento inde probasti: mors in ardore coitus consecuta fuisset. Plinius tamen in li. Nat. Hist. hos famam no-nitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari scripsit, & Pop. Ro. vltra. D. C. annum in accipiendis artibus minimè lentum, medicinæ verd etiam audium, donec expertam damnauit, degisse. In hac artium, inquit, sola euenit, vt cuiusque medicum se. p. fiti statim credatur, quû sit periculû in nullo mēdacio maius. Nulla lex est, ait, quæ puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. discunt periculis nostris, & per experimenta mortes agût, medicosq; tantû hominè occidisse summa impunitas est. quinimò tran sit in conuictum & intemperantia culpatur, vitrosq; qui perire, arguuntur. Sed de arrogantibus temerarijsq; ea scripsisse, credendum est.

Primum omnium, * quia vt in canone scribitur, vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis ædificium superimponitur, oportet animam, inde linguam fieri eruditam. Decet bene institutum adolefcentem, rei diuinæ curâ non negligere, eaq; opinione inibi ab ineunte ætate. Quid enim erit illi inter homines sanctum, cui diuinitas despecta sit? Hinc Plato in Timeo, in minimis quoq; reb.

B 2 diui-

7.
Ad salutē ac
prosperitatē
corporis perti-
nētis, physi-
cis esse relin-
quenda.

8.

De medicis
principali-
bribus.

9.

De religione
et cura rei di-
uinæ.

diuinum inquit præsidium implorare debe-
re. idèd Cyrus, vt in eius institutione Xeno-
phon scripsit, etiam in paruis leuibusq; rebus
semper à dijs immortalibus initium faciebat,
& Ro. omnia post religionem ponere semper
duxerunt, etiam in quibus summæ Maiesta-
tis conspici decus voluerunt. Quapropter
non dubitarunt imperia seruire sacris, ita se
bonum humanarum rerum futura regimen
existimantia, si diuinæ potentia bene atque
constanter fuissent famulata, religioni, vt ait
Vale. Max. funimum Imperium semper ces-
sit. Hinc apud Liuium Camillus ad populum
ait, Intuemini Quirites, horû deinceps anno-
rum vel secundas res vel aduersas: inuenie-
tis omnia prospere euenisse sequentibus
Deos, aduersa spernentibus. Sic Ezechia Regi
obsidionis mala ferenti, propter spem in
Deo positam, non defuit Angelus Domini,
qui Senacherib potentissimi Regis trucidare
exercitum. Et Machabæi quanuis pauci &
inermes, sæpe ingentes Antiochi copias diui-
no auxilio freti, deleuerunt. Ad diuinum igitur
cultum omni cura & sollicitudine animû
intende, Deum time, mandata eius obserua,
in eum mentem tuam eleua, cogitatumq; ia-
cta. Et ipse nutriet te, ac in viam salutis diriget.
Ab eo enim vera sapiëntia, fortissima auxilia,
cunctaq; bona, & omnia regna mundi pro-
cedunt. Nec verò vsque ad aniles decet super-
stitiones prouehi, quòd in ætate tenera dam-
nari

nari plurimum solet, sed ad certum modum.
Quanquam quis modus adhiberi in ea re po-
test, in qua omne quod possumus infra ma-
dum est, & quanuis finis iste cultus & reueren-
tiæ Dei, per obseruantiam mandatorum suo-
rum, omnibus sit necessarius, principi ta-
men præcipue competit, huiusceque rei ma-
gis debitor est, quia non solum homo, verum
etiam princeps, vt ait Thomas, in quantum
homo, quia ad imaginem & similitudinem
Dei creatus, ad diuinam reuerentiam, quòd
primæ tabulæ primum est præceptum, maxi-
mè tenetur in quantum princeps, quia vices
Dei gerit in terris, nec est potestas, vt ait Apost.
nisi à Deo, à quo dominij dependet virtus, &
vbi est dependentia dominij, necessaria est
superioris reuerentia. quia per se nihil est,
quem modum in ministris ipsorum principû
patet.

Sed an laudâdi sint principes, qui gaudêr fre-
quentes esse in templis, sacrisq; adesse * Chri-
stus non multis esse orandum docuisse vide-
tur, dum dixit, orantes nolite multum loqui,
vt Ethnici faciunt, puritates in multiloquijs ex-
audiri. Hinc breuis, sed efficax laudari solet
oratio, quum multitudinè verborum vt dici-
tur, non slectatur Deus. Veruntamen Apostoli
(vt Lucas ait) semper erant in templo laudan-
tes & benedicentes Deum, & in oratione per-
noctans, in agoniâq; factus prolixius (eodem

IO
Principis obli-
gatio versus
deum strictior
est, quam alia-
rum priuatorum

II
De oratione
Principis ad
deum.

Luca teste) orauit Saluator noster, improba-
uitq; Christus Phariseos, optimis rebus abu-
tentes, in solo verborum strepitu & precum mul-
titudine se iustificari putantes, quum mente &
spiritu a Deo profus alieni essent, solamque specie
religionem preterderent, quum scelesti hy-
pocritae essent. Declarauitque, paucis potius
orandum esse attenta mente, quam vaga &
diffracta multis: nec homines opinari debe-
re, suis se petitionibus Deo declarare, quibus
rebus egeant, & quid optent, quasi haec illi
incognita sint, aut fidere in oratione sua com-
posita, quod illum verbis desectant: sed esse
in sola ipsius bonitate sperandum, quamuis
velit a se suppliciter peti, quod volumus: vt
agnoscamus, ab ipso nobis tribui quae posci-
mus, & sine eo nunquam consequi, quod cupi-
mus. His rationibus breuis laudatur oratio:
prolixam verò & assiduam, dummodo ex corde
& pie magis, quam ad ostentationem fiat, mi-
nimè damnamus.

Dicebat tamen ad Nicodem regem Isocra-
tes, Existimes nullum sacrificium pulchrius
esse, nullum esse Deorum cultum maiorem,
quam si te ipsum virum optimum iustif-
icatumque praestiteris. Propterea quum ani-
mus, corque respiciat Deus, non impro-
babunt homines in principe orationis bre-
uitatem, modo Christi, sacrosanctaeque ecclesiae
praeccepta non negligat, si pietatis officijs iusti-
tiaeque

tiaeque occupetur. hocque modo continue orabit,
si vera est scriptura, dicens, non cessare eum
orare, qui non cessat benefacere. Clericis
autem & sacerdotibus vsus psalmodiarum
hymnorumque, & prolixiores laudes diuinis
precibus admittas, ac caetera id genus relin-
quas.

Et quia inter omnes reges & mundi prin-
cipes, circa praedicta Romani magis fuere so-
liciti: imperium meruerunt, vt August. &
Thomas pluribus rationibus probant. Pri-
mam sumpserunt ex amore patriae, aliam ex
zelo Iustitiae, tertiam ex zelo civilis beneuo-
lentiae. Satis erat Imperio digna virtus prima,
qua diuinam quandam naturam participa-
bant ex eo, qui ad vniuersalitatem fertur esse
deus. versatur enim ad populi vniuersa-
les actiones, quemadmodum Deus vni-
uersalis est causa rerum. Et quia regale re-
gimen, & quaecunque potentia vniuersali-
tatem refert, diligitque vniuersi Imperium:
merere dicunt, vt sic ipsum concomite-
tur praemium secundum meriti qualitatem.
hocque diuinæ Iustitiae requirit conditio, v-
nicuique mercedem tribuere iuxta virtutis
opus.

Praeterea, amor patriae in radice charitatis
fundatur, quae communia proprijs, non pro-
pria communibus anteponit. Virtus autem
charitatis, in merito omnem virtutem antecedit.
nam cuiuscumque virtutis meritum, ex virtute chari-
tatis

12.

Car. Romani
Imperii con-
cesserit Deut.

13.

De amore pa-
triae.

tatis dependet. Amor igitur patriæ, super cæteras virtutes gradum meretur honoris. hoc autem Imperium dominium est. vnde ex amore patriæ, principatum quis digne consequetur. Quantus autem fuerit amor patriæ in præfiscis Romanis, ex sententiâ Catonis testimonio Salustij ostenditur, dum quasdam illorum virtutes connumerat, in quibus amor prædictus includitur. Noli, inquit, existimare, maiores nostros armis rempu. ex parua magnam fecisse: quippe amplior nobis, quàm ipsi armorum est copia. Sed quia incis fuit domi industria foris: iustum Imperiũ: in consulendo animus liber, neq; delicto, neq; libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque auariciam: publicè egestatem, priuatim opulentiam laudamus, diuitias sequimur ac inertiam: inter bonos & malos nullum discrimen: omnia virtutis præmia ambitio possidet. Rursus amor patriæ primum, & maximum diuinæ legis mandatum continere videtur. communem namque rem amando, diuinam naturam sibi assimilat, dum vice Dei circa multitudinem diligenter curam adhibet, ac proximi dilectionem amplectitur, dum totius populi sibi commissi ex affectu paterno sollicitudinem gerit, sicut mandatum diligendo proximum. implet.

14
De zelo iusti de pri fuerunt orbis Imperium, Iustitiæ videlicet Romano. cet zelus, quo quidem modo principatum acquirunt.

quisiuerunt, iure quodam naturæ, à quo iustum dominium exordium habet. Primum quidem libero consilio patriæ cõsulebant, auariciam relegantes, siue turpis lucri gratiam, neque delicto, neque libidini obnoxij, pro quibus iam stas dissipatur Imperium. Trahebantur enim homines ad ipsorum amorem, vt propter eorum iustissimas leges, se eis dem sponte subijcerent. Propter quod Aug. ait placuisse Deo, orbem terrarum per Romanos debellari, vt in vnã societatem Reipub. legumq; perductum, longè lateque pacaret. Iuris & naturæ est gerentem alterius curam, mercedem consequi. quo præsupposito, consonum naturæ videtur, vt pro pace Iustitiæ conseruanda, discordijsq; sedandis concessum fuerit imperium. In quantũ igitur homines virtute & probitate pollentes, pro gubernanda populi multitudine, quæ rege indiget, & rectorem non habet, curam assument, & sub legibus populum dirigunt: vicẽ Dei gerunt in terris. conseruant enim hominum multitudines in Ciuili societate, qua necessariò indiget homo, quum teste philosopho, animal sit naturaliter sociale. vnde Romanorum Imperium etiam ex hoc fuisse legitimum videtur.

Tertia virtus, * pietas & ciuilis beneuolentia fuit. humanitatis enim dulcedo barbarorum ingenia penetrat, multiplicatq; amicos, & mitigtat inimicos: sermo verò durus suscitatur.

15.
De ciuili beneuolentia Romanorum
B 5 furo-pimale. ac

furorem, propter generositatem animi (vt ait Seneca) qui magis ducitur quàm trahatur. vnde beneuolentia, teste philosopho, principium est amicitie. Quantum autem Romani hac virtute excelluerint, vt exterarum nationes ad eorum traherent amorem, seipsum eisdem sponte subijcerent, infinitis exemplis patet. Erat etiam in eis aliud pronocacium subiectionis, quia ex cupiditate regnandi, non dominos se, sed socios & amicos nuncupabant.

Hinc Cicero in orationibus, Quis, inquit, est tam vecors, qui quum Deos esse intellexerit, non intelligat pariter eorum numine, hoc tantum imperium esse natam, & auctum & retentum. Quam volumus. Pr. C. licet ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso huius gentis, & terræ domestico natiuoque sensu Italos ipsos ac Latinos: sed pietate ac religione, atque hac vna sapientia, quod deorum immortalium numine omnia regi & gubernari perspeximus, omnes gentes nationesque superauimus.

Fuit (vt præfati auimus) & alia causa, cur à Deo orbis imperium illis concessum fuerit, sumiturque à scriptura, nec Philosophorum sapientumque huius sæculi opinionibus con-

tra-

traria est, propter hominum demerita. nam Deus propterea iniustum regnare facit, & feruitutem introduxit. * Quod clare apparet, quia primi principes & dominantes (vt historici scribunt) iniqui fuerunt: sicut Caym, Nembroth, Belus, & Ninus, qui in prima & secunda ætate mundi imperium tenuerunt. Cuius quidem rei causa ex parte subditorum vel dominantium sumi potest. nam Tyranni instrumentum sunt diuinæ Iustitiæ, * ad puniendum delicta hominum: vt Attila Gothorum Rex, flagellum Dei super Italicam, & Assyriorum Rex, super Israheliticum populum. Dixit enim altissimus per Isaiam prophetam, Assur, virga furoris mei. vnde & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, diuidat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. Ex quibus apparet, altissimum in furore & ira, propter scelera nostra, tyrannos & malos principes dare ac tolerare. Hinc Tamberlanus, scruissimus Schyrtarum Rex, vt referunt qui de rebus Ottomanorum scribunt, ab amico, qui Christi fidem tenebat, interrogatus, cur tantum scruitiæ indulgeret, inexorabilem se præbens: toruo aspectu respondisse dicitur, Putasne me hominem esse? Ira Dei in terris sum, ad perniciem hominum.

Post

16.

De iniustis
perij dominij
que, propter
hominum scelera,
permistio
ne diuina.

17.

Tyranni sunt
ira dei in terra,
quæ ad nos
diu Attila, Tamberlanus,
et alij scruiss-

Post quod responsum, amicus ille ad eius aspectum accedere ausus nunquam fuit. Malum igitur rectorem patiens, non accuset Deum: quia (ut ait Gregorius) sui fuit meriti, peruersi rectoris subiacere ditioni. Culpam igitur magis accuset operis, quam iniustitiam gubernantis. Ex quibus luce clarius patet, per manus tyranni, dominum peccatores punire, ipsosque tyrannos instrumentum Dei esse, sicut demones, quorum potestas iusta à sacris doctoribus asseritur, voluntas tamen semper iniua. Hinc bellis agitur, semperque vexabitur orbis. † Diuino olim consilio sub Augusto Cæsare, propter reuerentiam Saluatoris, qui tunc secundum carnem natus est, ea pax in orbe fuit, quæ nec ante, nec postea visa est.

Contingit etiam interdum, assumentem principatum iustum esse virum : sed temporis successu, † fauore humano, rerumque prosperitate in superbiam elatum, diuinæ gratiæ, beneficiisque ingratum & odiosum efficit, & tanquam tyrannum dominari. Exēplum est nobis Saul, quo melior nō erat in tribu Beniamin : sed post sui regiminis annos duos, inobediens factus est Deo . qua propter cum filijs occisus fuit . & ab imperio progenies eius reiecta. Exaltatus pariter super omnes Reges Salomon, cuius sapientiam vniuersa

terra audire desiderabat: verum secundis nimium rebus elatus, in luxuriam lapsus, in Idolatriam ruit, factusque est populo abominabilis, adeo

adeo vt contra eum serui eius ceruicem erexerint, spolia diripientes, & omnem terram illius nullo resistente depopulantes, quum ad nutum prius parerent omnes. Ad excelsa igitur ab initio sui regiminis, propter Dei reuerentiam euectus, vostremo propter peccata Deique contemptum in vilia decidit, & ad infima præcipitatus fuit. Quid de Alexandro, Annibale, Cæsare & infinitis alijs dicemus? qui propter potentiam Imperijque abusum necati sunt, & tristem sortiti exitum, verissimam ostendentes scripturam dicentem, interdum hominem homini in malum proprium dominari: & vocem Isaia, quæ in omnibus tyrannis cadit. Quum enim ostendisset, ipsos diuinæ Iustitiæ executores contra peccatores esse, quemadmodum Carnifices imperantium demonstrat, quomodo per eorum superbiam & iniquitates grauissimè per dominum puniuntur. Vnde inquit, Nunquid gloriabimur securis contra eum, qui secat in ea? An exaltabitur serra contra eum, qui fecit illam? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem eam, vt exalteretur baculus, qui vix lignum est? Consi-deranda est similitudo valde congrua, sic enim se habet virtus dominantis ad Deum, sicut virtus baculi ad percutientem, & ferræ ad artificem. Constat, virtutem ferræ vel securis in artificio nullâ esse, nisi per artificem moueatur & dirigatur: ita in Dei virtute dominantis cōtingit: nulla est sine Deo mouente gubernanteque.

Stul-

18
De pace, qua
fuit sub Aug.
propter reue-
rentiam Salua-
toris, tunc secu-
dum carnem
nati.

19
De quibusdam
principibus à
principio sui
regiminis bo-
nis, inde repro-
bis effectis.

20
De punitione
iniquorum
principum à
Deo veniente
postquam per
illos vexatis
peccatores.

§ I DE RECTA PRINCIPIS

Stultum est igitur in virtute sua gloriari, & colli-
ligi manifeste concluditur potest, omne Imperium,
sive legitimum, sive Tyrannicum, secundum
varias incomprehensibilis prudentiæ vias ac
rationes, à Deo esse, neque potestatem ullam
dari, nisi ab ipso Deo.

27.
*Curandum
summo opere,
ut à teneris
sub optimis
præceptoribus
imbuetur & instru-
atur prin-
ceps.*

Aduertendum etiam est diligenter, quod non modo
maiora præcepta, quæ prouentioribus traduntur,
sed & prima quoque artium elementa ab optimis
præceptoribus accipere conuenit, & optimis
libris immorari. Qua ratione Philippus Macedo-
num Rex, primas literas ab Aristotele discere
Alexandrum voluit: & veteres Romani suos
liberos; scholæ mancipantes, in Vergilio
primum erudiri curabant. Et à Dionysio
Syracusanum principe Athenis acceritum
Platonem, ad instruendum Dionysium eius
filium legimus. optima quidem ratione. Nam
quod teneris mentibus insitum est, altè
radices mittit, nec postea facitè vlla vi
diuelli potest. Rectè igitur Flaccus ait,
Quo semel est imbuta recens, seruabit
odorem Testa diu. Sin vero errores
illos imbiberint: his duplici tempore
opus erit: primum, ut errores excutiant:
deinde ut vera præcepta condiscant.
Quamobrem Timotheus, musicus sui
temporis illustris, à discipulis, qui nihil
apud alios profecissent, certam pacifce-
batur

INSTITVTIONE

30

batur mercedem: ab his verò, qui ab alijs
quidpiam didicerant, duplum exigebat.
Iacenda sunt igitur in hac ætate funda-
menta bene viuendi, & formandus ad
virtutem animus, dum tener est & facilis
quamlibet impressionem admittere, quæ
ut tunc erit, ita & in reliqua vita serua-
bitur: & si melioribus in initio assueuerit,
illos habebit præcipuos, & veluti ducibus
semper vtetur. Non igitur quibuslibet
committendus erit Imperio natus, sed his
tantum, quorum non iam exemplo peccent,
sed authoritate deterreantur, quorum
(vt Plutarchus ait) vita nullis sit obnoxia
criminibus, irreprehensibiles mores, &
optimum experimentum: à quibus, dijs
bene iuuantibus, mores primum, mox elo-
quentiam discant, quæ malè sine moribus
discitur. Qui vero principis instituendi
provinciam suscipit, rem grauissimam
agere cogitabit, Deoque acceptissimam, si
vacuum adhuc & molle principis pectus,
salutaribus præceptis informandum curaue-
rit, bonumque & salutarem principem
reddiderit.

A teneris igitur (vt aiunt) Princeps inclite,
studijs laboribusque assuescere oportet, & vir-
tutis curam habere. Ad Leptam M. Cicero scri-
bens, monebat, vt in ore semper haberet He-
siodi illa carmina, quæ vniuersi decantant. A-
spera, inquit, primo & pene inuia, & sudoris

con-

22.
*De amore, cu-
ra & vnera-
tione virtutis.*

continui ac laborum plena via, quæ ad virtutem ducit: quam obrem nec cuiusvis est illam capescere, nec capescenti facile ad culmen euadere: sed ubi id superaueris, ex eius fastigio videre licet, vt via illa leuis sit, pulchra, expedita, & facilis, longèq; iucundior, quam altera, quæ ad vitia ducit. Quam vniuersam simul arripi posse, idem poeta testatur, propter aliud nihil, quàm vt nos ad virtutem probitatemq; ad hortaretur, ista dixisse, ne laboribus victi, ante finem desisteremus.

Et quid aliud est Homeri poësis, quam laus virtutis? verùm id eo loco maximè patet, quum Cephalenorum dux naufragio eiectus, tantum abfuit, vt illos, quibus & solus & nudus apparuit, verecundia aliqua auerteret, quando quidem pro vestibus virtute illum dixit ornatum, & primum eum Regina reuerentia sit, reliqua deinde Pheacum multitudo tanti putauit, vt relictis epulis, quibus commessabantur, vnum illum cuncti intuerentur, nullusq; eorum, eo tempore magis & quicquam à Dijs optaret, quam Vlysses fefieri, quamquam, & nudum & naufragum. Hoc loco acutissimus quidam vir poetarum interpretæ ait, Homerum clara voce exclamare, O homines, sit vobis cura virtutis, quæ & cum naufragio simul enatat, & in litore nudum eiectum fortunatis Pheacibus feliciorem & venerabiliorem ostendit. Et ita profecto res est. Cætera omnia non magis possidentium sunt, quam cuius-

cuiusque, vt in talari ludo huc & illuc transfuntia. sola virtus & viuendi & mortuo stabilis est, & firma possessio. Qua ratione motus fuit Solon, quum inquit ad diuites, At vos non permutabitis cū virtute diuitias: quoniã virtus firma est, diuitias verò alius alias possidet.

Sed quomodo virtutem parare & consequi poteris, in virumq; Imperio dignum euadere, si literis operam non dederis? multa quidem suggerunt amici; sed nulli plura, quam boni codices. Huc Demetrius Phalæus Ptolæmeo Aegypti Regem admonebat, vt de regno Imperioque libros legeret, in quibus inueniret scripta, quæ amici reges mōnere non auderent. Et Alphonsus Aragonū Rex sapientissimus, quibusdam percunctantibus, vtri rei plus deberet, armis an libris: ex libris respondit & arma didici. qua voce omnia se debere libris professus est. Catoque, dum Senatus cogeretur in curia, libros lectitare solebat, vnde & in rem præsentē, & in omne tempus saluberrima patriæ cōsilia, dictabat. Mirum est quantum valeat ad vitæ institutionem optimam, assidua & diligens lectio. Si enim Africanus ille Scipio (vt Salustius scribit) maiorum imagines intueris, ad virtutem excitabatur: quanto magis illorum dicta factaq; imitatione digna sapius animo repetita, & ante oculos posita commonebunt? Quæ igitur potest esse vita iucundior, aut certe commodior, quam legere semper,

23.

De libri per
principem les
gendis, digni-
tateque scri-
bitate litera-
rum.

aut scribere, & antiquitatis res cognoscere, præsentibus cū posteris loqui, atque in omne tempus, quod & præteritum est & futurum, nostrum facere. O præclaram supellectilem librorum, & diuicundam familiam, vt rectè Cicero appellat, vtique & frugi & bene morigeratam. non enim obstrepat, non inclamat, non est rapax, non vorax, non contumax. Ius si loquuntur, & item tacent, semperq; ad omne imperium præsto sunt, à quibus vnquam nihil, nisi quod velis, & quantum velis, audias. Eos igitur habendos legendosq; & hortor & rogo.

24.
Depedia Cy
relegitissi-
ma, quæ fide
liter scripta
non fuit.

Inter cætera verò principi perquam vtile esse arbitramur, post primas literas, & sacra Christi Euangelia, diuinatq; dogmata, Cyri pædiani à Xenophonte eleganter sanctiusq; magis quam fideliter scriptam, legere, maximè duos primos libros, vltimo non neglecto. Quæ sint partes regie, quæ sint munera principum, tam pacis quam belli temporibus, & qualis esse debeat boni principis vita, ab incutabilis & crepundijs ipsis (vt aiunt) vsque ad extremum vitæ terminum, ex ipsa Cyri institutione cognosces, quo insigni pietate viro nec pace nec bello melior, iustiorue alter inueniri posset. Exemplum boni principis, ad imitandum, qui inde sumpsit, non errauerit. Cuius quidem Prædix excellentia vel ex eo maximè patet, quod Aphricanus ille Scipio, &

M.

M. Cicero, quum Imperator esset, præ manibus semper habebant, rotamq; legendo contriuere. Dumq; publicis occupationibus nondum per ætatem distineris, vtile erit singulis diebus horam lectioni T. Liuij & aliorum historicorum impendere. Nam cognoscere res gestas, memoriæ veteris ordinem tenere antiquitatis, explorumq; notitia abundare, & decorum & regale est. At nihil carum rerum scire, quæ antequam nascereris factæ sunt, hoc est, Cicerone iudice, semper esse puerum. Est præterea (vt Liuius ait) operæ pretium, in voluminibus historicorum, omnis exempli documenta velut in illustri monumento posita intueri. vnde quæ imitanda sunt depromere, ac nobis proponere ad imitandum, quæ fugienda fugere possimus. Optimum est princeps, qui per se recte cognoscit, & operatur, qualem te esse confidimus. Hoc etiam in lectione prædicta vtile & salubre fuerit, scire quibus actibus, qua disciplina, quibus moribus maxima imperia orta sint, maximi Imperatoris nonien sibi immortale pepererint: è cōtrario, qua vitiorum labe infecta, amplissima regna corruerint, indeq; documenta capere, per quæ vel publicis vel priuatis rationibus consulitur. plusq; sapientiæ (vt aiunt) ex reuolutione prædictorum librorum tibi vno anno parabis, quàm Vlysses annis viginti, tot calamitatibus & periculis vix

25.
De vtilitate
lectionis hysto-
ricæ.

C

2

cre-

credendis agitaus. Pulchrè itaque Cicero in orationibus ait, Cæteras res neque ætatû omnium, neque locorum esse: sed literarum studia adolefcentiam auzant, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis pertugiû & solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinatur & rusticantur. Nihil igitur literis præstantius, nihil excellentius, nihil vtilius, vllò vnquam tempore excogitatum est. Literis cõstat immortalitas hominum, & memoriæ fulcitur æternitas: literæ res multis sæculis à pluribus nationibus gestas nobis ostentant, literis omnium disciplinarû cognitio percepta est. commercium literarû tolle ex hominibus. Solem ex mundo ipso sustuleris. Vnde non perperam Plato omnes idiotas, & doctrinarum experes, pueros quodammodo appellandos dicebat. Dies me deficeret, princeps pulcherrime, si præter mirabiles voluptates, quas in animis hominum doctrinarum studia pariunt, vberimos fructus, qui ex studijs literarum habentur, exprimitere conarer.

26.

*Cõtra ofores
literarum.*

Audiendi igitur non sunt aulici quidam, qui literas accusant & detestantur, in principibus maximè. Si enim propterea condemnandas ducunt, quod discendæ non sint tanquam non necessariae: nescio quid sit, quod ipsi discendum putent, nisi si quid honestum, quid turpe, quid bonum, quid malum, quid expectandum, quid fugiendum, quid noxium, scire,

scire, ipsi non putent necessarium: vt verò lautius conuiuium pareatur, & Veneris satias fieri possit voluptatibus, scire solummodo putent necessarium esse. Hi falluntur omnino, & quod dici solet, tota errant via Vegetius de re militari, • Nullus est, inquit, què oporteat vel plura vel meliora scire, quam principem, cuius doctrina omnibus subditis prodesse debet. Vt enim in nauigatione nauclerum, cui clauus commissus est, oportet cæteris antecellere peritia gubernandi, vigilia, fidesic eum, què principatum gerit, reliquos antecire oportet Imperatorijs dotibus, sapientia, iustitia, animi moderatione, & ardentissimo publici commodi studio. Præcipue enim, qui excelsiori loco sunt, quorumlibet nihil neque dictum, neque factum latere potest, congruum est ita principalibus artibus instructos esse, vt & fortuna & gradu dignitatis, quam obtinent, digni habeantur. AEquum est enim, qui tibi summa omnia debent, volunt, debere & eos summa omnia de se præstare: nec est vlla certior, aut stabilior regnandi ratio, quam si hi, qui regna obtinent, ab omnibus dignissimi omnium regno iudicentur. Hinc Alphonsus Arragonum Rex prudentissimus, quum audisset ex aulicis suis quendam dixisse, non decere principem scire literas, neque illi esse necessarias: exclamasse fertur, eam vocem bouis esse non hominis, quum à rationis iudicio non fuerit profecta, sed à bellua emissa, ac ab his,

27.

Principis proprium est, plus scire quam alij intelligat.

qui verentur, ne vbi princeps bonarum disciplinarum studio clarior, splendidior, meliorque euaserit, ipsorumque oculos perstrinxerit: inferiorem gratiæ vel auctoritatis gradum sine occupaturi. Quid enim, per Deum immortalē, dignius, quam inter ceteros doctrina sapientiaque excellere, maximè si princeps sit, à cuius regimine totius Imperij, ditionisque fortuna dependet. Quicquid enim delirant reges, plectuntur Achivi, vt ille ait: natura si ab honesto abhorrent, aut si quid ambitione, ira, stulticiaue peccent, id protinus totius ingenti orbis malo faciunt. Iul. Cæsar. Augustus, Adrianus. M. Antoninus, alijque præfati Romanorum Imperatores, immo Philippus & Alexander Macedonum Reges, sine hac literarum suppellectilie, vix se principes hominesue censebant.

28. Ex hisque maximè principibus, quos vulgus Boni principes idiotas appellat, quiq; literas nesciunt, per literarios plurimos (vt scribunt historici) teterrimorumque vitiorum maculis resperfos inquinatosque videmus. Quamobrem generose princeps, ad bonarum literarum studia, ceterasque ingenuas disciplinas iterum te hortor, & applicare animum te rogo: atque ea corporis exercitia suscipias, quæ bonam valetudinem saluent, & robustiora membra reddant: eumque te à puero instituas, vt probatissimos ac virtute præditos sequi & cõplecti assuefcas. Est autem virtutis ea natura, vt in quo sit, diu
la.

latere non possit. Sic optimam spem de te populis tuis polliceberis, quum te delectari præstantissimorum hominum consuetudine intellexerint, quod cernentes, sperabunt te eum, in quo sint reposita virtutis præmia. Homines in speculis suis obseruant, quemadmodum te gerere incipias. Magna tibi est, si dissimulare non vis, necessitas probitatis imposita, ne à maiorum virtute degeneres. At tibi, verò bonis (vt ait) nisi quis ab adolescentia fuerit institutus, aut si peruersis infectus extiterit: nõ facile de se speret in ætate prouectiori posse, aut has abijcere, aut illas cõtinuè sibi parare. In his, quæ circa vitam sunt, contentia adhibenda est, quia maximè teneriorum principum, quibus inter affluentiam reum, ad omnes voluptates suppetentiam, & assequendi, quæcunque cupierint, vix ratio ni & recto iudicio vacat vsquam locus: idque ne immoderatiores fiant. Quia (vt ait Gellius) *compertum est, impuberes, si plurimo cibo, potuque vtantur, hebetiores tardioreque fieri. Præterea superfluis cibis & somniopotus, abundantiores somni, ex consuetudine magis sunt. non quo varijs habitudinibus corporum, plus minusue deberi ex rebus negem: sed quod in omnibus hominibus, natura paucis adiumentis contenta sit, si necessitatem spectemus: si voluptatem, nihil videri possit satis. Brachmani, vt ad Alexandrũ in quadã Epistola Didymus scribit

bit, puram simplicemque viuunt vitam, nullis rerum capiuntur illecebris, nihilque plus appetunt, quam naturæ ratio flagitat. nulla propter ea apud eos morborum genera, nullus medicinæ vsus; quia parsimonia est illis medicina.

Quia tamen non est durabile, quod sine re quie est: neque libris semper immorandum est, neque in opere, exercitioque corporis, semper versandum: sed danda est remissio animis corporibusque, vt meliores acrioresque, (vt ait Seneca) requietur resurgant.

30.

Instituendi præterea sunt principes, * quo pacto debeant venientes admittere, abeuntes dimittere, vt oporteat verecundè salutare maiores, minores humaniter colligere, amicos beneuolosque familiariter conuenire, quæ quàm in omnibus aptè sedeat, vt verò in principibus, & eorum liberis speciosa videntur, & notantur, in his maximè, in quorum moribus atque omni vita facilitas quidem amari solet, grauitas verò laudari. vtrobique tamen verendum est, ne vel hæc in agrestem seueritatem, aut illa in scurrilem leuitatem exeat. Hæc autem consequi poterant, * si se facile quisque argui monerique patiatur, quæ ratio in omni ætate &

31.

Teneviori pri causa atque conditione salutaris. nam vt obcipi correctio iecto speculo, faciei nostræ mendas cognoscimus, ita & castigantibus amicis, errores perpendimus animi, qui proximus est & ad emendationem locus. Hi autem facillimè

de

deceptioni parent, qui nihil audire volunt, quod contristet. Imbecillis est enim stomachi, ferre non posse, nisi delicata. Decet itaque & malè dicentes pati, & obiurgantes audire, maxime eos, qui in sublimiore sunt fortuna, & in quorum manibus urbium populorumque ius est, decet non modo facile, sed & libenter bene monentes audire: quâdo & ipsi per multam licentiam proniores sunt ad peccandum, & eorum peccata obesse pluribus solent. Difficile est, inquit Plato, & plurimum laude dignum, in magna peccandi licentia iuste vixisse, nec humanum sed angelicum est, in carne præter carnem viuere.

Verùm, quia * in rebus summum bonum est, iustitiam colere, quæ secundum Platonem, omni auro preciosior est, & à principibus præsertim diligenda, iuxta illud, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: custodite iudicium, & facite iustitiam, inquit etiam Isaias. quod non solum pro suo tempore dixit, sed futurum quoque perspexit, & huic nostræ cõsulit ætati, quæ plena flagitij, sine iudicio retineri non potest. Iustitiam ipsam omnium virtutum (vt ait Cicero) dominam & reginam cole, & semper observa. Illa unicuique suum tribuit, alienum non inuadit, propria utilitate neglecta, publica fouet atque tutatur. sine qua non solum Respubl, sed ne domus quidem constabit. absque ipsa etenim nullum est bonorum atque malorum discrimen. Vnde A-

gesti-

23:

De iustitia
& clementia
principum.

gefilaus Rex interrogatus, vtra virtus melior esset, fortitudo, aut iustitia: nullam fortitudinis utilitatem esse respondit vigente Iustitia. Nam, si omnes, inquit, iusti essent, nihil fortitudine opus foret, nihilque ad profigandas iniurias, vlla potentia: quum, vbi iustitia sit, ibi nulla dissidia, nullæ similitates, nulla iurgia, nulla deniq; præiudicia: sed pax, concordia & charitas. Hinc à Cicerone & alijs iustis viris, damnata est Cæsaris sententia, quam semper in ore habuisse dicitur. Si ius violandum est, regnandi causa violandum est: quum bonorum virorum non sit, recta & honesta negligere, vt potentiam consequantur. Nullum enim commodum tam esse expetendum ait, vt boni viri & splendorem, & nomen amittas. nihil autem esse, quod afferre tantum queat, quantum auferre possit illa, quæ dicitur utilitas, si boni viri nomen eripuerit, fidem iustitiamq; detraxerit. Quid enim interest, vtrum ex homine se conuerat quis in belluam; an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? quod facit, qui posthabita Iustitia, sola libidine impulsus, omnia gerit. Vnde ex eo Cæsaris exitiali prouerbio, vexati fuere provinciales, direpti socij, oppressi ciues, iuris iurandi contempta religio, patriæ vis illata, cuiusque denique Dei spretus metus.

Tu ergo, qui iustis principibus succedis, cui ex Germania Saxoniamq; inclytâ domo or-

to, iam vltra septingentos annos, tam latum ^{mu Sabau} amplumq; imperium Altissimus concessit, ^{die.} nil tale dicas cogitesq;. Quid præterea absurdus, quam principem christianum. Alexandrum aut Cæsarem sibi proponere, in quibus ipsis quasdam virtutes negant assequi? Ea potissimum imitabitur, quæ sola erant fugienda: non protinus trahatur in exemplum, si quid fecit Cæsar, aut si, quod fecit, à Iustitia & Christi doctrina non abhorret, aut si est eiusmodi, vt quauquam imitandum non est, ad virtutis studium possit tamen accedere. Quid enim prodest homini, vt Evangelica testatur lectio, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò detrimentū patiatur? Iustitiam igitur princeps inclyte cole & obserua, & clementiam amplectere, quæ licet prima fronte contrariæ videantur: recto tamen iudicio cōiunctæ sunt, immò (vt ait Ambrosius) vnum sunt. Nec vllum magis decet clemētia, quam principem, quicquid sentiat ille poeta, dicens, Excet aula, Qui vult esse pius. Vt enim eleganter docet Flavius Vopiscus, Dos prima est Imperatorum. Homines enim ad Deos nulla re propriis accedere, quam salutem hominibus dando (Cicerone teste) qui Cæsaris clementiam innumeris laudibus extulit. Hinc etiam ad Honoriiū Augustiū † Claudianus scribit.

Sis pius in primis: nā quum vincamur in omni

Munere, sola Deos æquat clemētia nobis.

Ideo

33.
De damnato
proverbio, Cæ
saris, si ius vio
landum est, re
gnandi causa vio
landum est.

34.
De antiquita
te imperij do-

35.
De pietate
Principis.

Ideo misericordiae virtus Deo attribuitur, cuius proprium est misereri. Et verè, vt in orationibus ait Cicero, pietas est fundamentum omnium virtutum. miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendum quoddam ex vtroque temperamentum, vt neque multa asperitate exculcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hinc Dauid, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Sit ergo districtio Iustitiae, quae faciat: sit & consolatio baculi, quae sustentet. sit itaque amor, sed non enollis: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderatè saeuens: sit pietas, sed non, plusquam expediat, parcens. Intueri licet in Moysi pectore misericordiam simul cum seueritate sociatam. Non igitur ita passim, ita facilliter delinquentes veniam à celsitudine tua consequantur, sed ista legitimae causa tantummodo subsistente, ac matura concilij tui super hoc deliberatione praecedente. Crudelis est principum clementia, parcere impijs, parricidis, & sacrilegis nepharijs: non pacere ciuibus suis & populo, qui ab his opprimitur. Rari quippe homines, & prona in malum est natura hominis, quae si aliquando impunitatem assequitur, tamquam prouocata magis & magis prolabitur, nec tam venia communi vilitati consulit, quam vindicta. Cessant enim peccare homines, vbi seueritas delicta compescit. facultas enim

36.
Gratias indulgentiasq; delinquentibus concedere, an et quomodo princeps debeat.

enim venia, incentiuum tribuit delinquendi. Nec promiscuam igitur ac vulgarem habere clementiam oportet, nec abscessam: quum tam omnibus ignoscere, crudelitas sit, quam nulli. Rex est in regno, sicuti pluuia in terra, quae Dei gratia est, caeli benedictio, terrae vita, viuuentium nutrimentum. At tamen in pluuia fit uentoritura, fulmina cadunt, intumescunt torrentes, fremunt maria, multaque mala contingunt, quibus pereunt viuacia pieraque. Verum tam accidentia mala non impediunt (vt ait Philo.) quin laudent Deum homines gloriosum in maiestate sua, signa eius grauae & bona misericordiae considerantes. Sic accide in principe, à quo multa commoda prouenire solent, quae suis subditis displicent & molestata sunt, in eis tamen inest maxima vtilitas. Ab eo autem, qui ex composito reus est sanguinis (vt sacrosancta scriptura admonet) non recipies pretium, sed iuxta mensuram culpae sit plagarum modus. Potius nam in corpore quam in aere puniendi sunt delinquentes. nam ad coercendam auariciam, multam valet propositum punitionis exemplum, quia ista misericordiae forma viuentis, ad recedendum admonet confocios, & ad considerationem (vt ait Orosius) cogitignaros.

37.
Rex in regno, in hac est p'ua sua in terra.

38.
 Qui imperare cupit, liberalis praecipue esse debet, qui enim liberalitatem exercuerit, ex De liberalitate, benignitate, humanitate
 hostibus amicos, ex alienis suos, ex infidelibus faciet, peregrinos & in extremis terris de- gen-

gentes ad sese amandum alliciet. Præclara igitur virtus, ac maximum principis ornamentum est liberalitas, nec curandum, si multa perdantur: modo aliquid bene detur. vnum enim rectè positum, multorum amissionum damna solatur. Deumq; sic agendo imitatur, qui quum sit omnibus beneficus, ipse nec vllius beneficio eget, nec requirit beneficium. Hocq; animo esse debet bonus princeps, vt cum diem sibi perijisse putet, quo aliquem suo beneficio non iuuerit, semperq; id cito faciat: quia vt ait Aufonius,

Gratia quæ tarda est, ingrata est: gratia nãq; quum fieri properat, gratia grata magis.

Exercendatq; est maximè liberalitas, quum quis ex diuitijs, sine vicio suo, casu aliquo, vel iniuria, in paupertatem cecidit, semperq; modus adhibendus est. Urbem cuidam donabat Alexander, qui animo nihil nisi magnum conceperat. dum ille, cui donabatur, seipsum intuitus, tanti muneris inuidiam refugisset, non conuenire fortunæ suæ dicens: non quæro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Hanc vocem dicebat stultissimam Seneca, quum sit, vbiq; virtutibus modus. Aequè peccat, quod excedit, quàm quod deficit. Superabundè siquidem iunt (teste philosopho) qualitates à medio valde discrepantes. Scimus, inquit Aristoteles, obseruantiam liberalitatis difficillimam esse, & eius transgressio nem facillimam, in promptuq; auariciam aut pro-

prodigalitatem exercere: difficile vero, tenere liberalitatem. Si vis igitur virtutem liberalitatis acquirere, vires, inquit, tuas considera, tempora, necessitates, & hominum merita. Vnde, iuxta facultatem, cum mensura indigentibus hominibus dona dabis, qui enim aliter dat, peccat, & regulariter transgreditur liberalitatem, nec vllam acquirit laudem. qui non indigentibus donat, perditurq; quicquid indignis datur. Ad Alexandrum, inquit Aristoteles: Vnum dicam, quod nunquam cessauit dicere: Auaritiæ fugam & liberalitatis gratiam, regum esse gloriam, & regnorum firmamentum. hocq; potissimum fit, quum rerum se abstinet, manumq; retrahit à subditorum bonis. Inueni siquidem (subijcit) in præceptis magni doctoris Hermogenis scriptum, summam & veram bonitatem, claritatem intellectus, ac signum perfectionis in rege, esse abstinentiam à rebus subditorum. quod si secus egerit: cito regnum illius corruet. Huiusce verò continentia & abstinentia laudis, multa & probabilia exempla nobis reliquere Romani. Verùm proprio argumento (vt dicunt Historici) laus ista nititur, quoniam ex eodem naturæ vtero, & continentia nata est, & Caro. Non est igitur liberalitatis, quando vni extorquet, quod alteri largitur, sed vbi de proprio donat. Illud itaque beneficij genus principi maximè sectandum est; quod cum nullius incommodo, aut certe iniuria, con-

iunctum est. Nam alios spoliare, vt dices alios, hos pessundare, vt illos euehas, maleficium potius, quàm beneficium est. Romanæ aut liberalitatis cælestis spiritum, cuius nullæ literæ satis dignus laudibus prosequuntur gloriam, vt omnes historici scribunt, in hoc actu constituebant.

39. *De ingratis
dne cuius-
da.* Nihil etiam fit, quod malis, quàm & gratus esse & videri. quid in principe tam inhumanum, tam ferum, tam immane, quàm committere, vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videatur? Hæc est vna virtus non solum maxima, sed & mater omnium virtutum reliquarum, vt in commentarijs causarum ait Cicero. Ideo Alexander à nullo vnquam se beneficijs victum (vt ait Seneca) gloriari solebat.

40. *De benignitate
e humani-
tate princi-
pis, de qua e-
siam supra.* Liberalitati comes erit humanitas & benignitas, cuius excellentia tanta est, vt Iul. Capitolinus in historia Balbini Imperatoris, eum laudare volens, dixerit, in terra benignus nihil fuisse. Oportet etenim in Reipubl. statu, quantum fieri potest, omnes ciues beneuolos reddere. que diu id fieri nequeat: saltem ita, ne hostes existiment eos, qui gubernant. & quum Alphonsus Arragonum Rex à suis esset monitus, vt caueret, ne nimia lenitas contemptum pareret, & perniciosum: magis, respondit, cauendum est, ne seueritas conciliet inuidiã, vnde maius exitij periculum. Hac virtute præcipue ornauit legimus Senatam Romanam,

num, qui, quum Carthaginensium legati in urbem ad captiuos redimendos venissent, protinus his, nulla pecunia accepta, Iuuenes reddidit, duum millium septingentorum quadraginta trium numerum explentes. Tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniurijs veniam datã ipsos legatos, obstupuisse creditum est, secumq; dixisse, Ob benignitate, o munificentiam gentis Romanæ, deorum benignitati æquandam. ò etiam nostram supra vota felicẽ legationem. nam beneficium, quod nunquã dedissemus, accipimus. Hinc etiam Apostolus de Salvatore nostro loquens ait, Apparuit benignitas & humanitas Redemptoris nostri, qui alibi dicebat, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ideo Moyses, quia mitissimus super omnes homines, qui in terra morabantur, erat, ob hanc virtutem creditur (vt Dionysius inquit) tantam cum Deo familiaritatem habuisse.

Laudatur ab historicis Antonini pij opulencia victus sine reprehensione, & parsimonia sine sordibus, * quodq; rationes omnium prouinciarum & vestigalium optime sciuerit. extollitur à Xenophote Agesilaus Rex, qui sumptus æquat censibus, vt nihil iniustũ pecuniarũ gratia facere cogereur. propterea neminem vnquam de Agesilao conquestum esse, quod quicquam sibi abstulisset, scribit. Derident Historici Neronem, qui diuitiarum & pecuniarum

41.
*De parsimonia
frugalitate
& principis
mensura
sumptuum.*

cunice fructum non alium putabat, quam profusionem: sordidos & parcos esse, quibus ratio impensarum constaret, praelatos verique magnificos, qui auferrent & perderent. quod quum ipse fecisset: pecunijs destitutus, & exhaustus, calumnijs atque rapinis intendit animum. Secus, qui Agefilai & Antonini & Alexandri Seueri vestigijs insisterint: hinc rerum copia nunquam destituentur. Optimè enim augetur principis census, contractis impensis. Cui igitur Reipublici cura commissa est, summopere providendum est, vt ab inutilibus ac superfluis expensis abstineat: vanis ararium minimeque necessarijs non sufficiat, sed rapaces manus ad aliena extendere necesse inde sit. Et si in frugalitatis verbo principes laudari non soleant, verum fortis, iustus, seuerus, grauis, magnanimus, largus, beneficus, liberalis: hæ sunt regie laudes: tu tamen cum M. Cicerone frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam, virtutem in principe maximam iudica. Sumptuum igitur ac censuum præcipuam curam habeto, ne supra patrimonij ararijque vires effundas. Sicque omnia bonus princeps agere debet, vt cum Augusto & Vespasiano rationem & administrationis & factorum possit reddere. Quisquis enim in bonam, honestamque vitam agere instituit, quocunque in statu sit, ita se gerit, ita cuncta circumspecte, vt quamuis nulli teneatur, possit tamen

42.
Omnia à
principe sic
agenda sunt,

omni-

omnibus, aut saltem Deo rationem reddere, vt possit omnia causamque probabilem. hæc est enim vera, teste Cicerone, descriptio officij, quod qui negligit, vt virtutem ipsam negligat, oportet. Iure igitur ac merito, vt pessimuni, fuit olim ab Atheniensibus Alcibiadis consilium habitum. Puer enim adhuc, meditant & anxio Pericli, quo pacto Reipublici, de rebus administratis rationem redderet, conandum esse, ne ratio redderetur, respondit. Quod dictum accipiens ille, maximis calamitatibus patriam suam inuoluit.

In rebus agendis * consuescas iudicio potius, quam animi impetu duci, qui enim alijs præest, vacuus esse debet affectibus, sibi que ipsi prius præsideat, desideria temperare, & in omni actione aduerte & diligenterque curare, vt appetitus obtemperet rationi. Ira nanque, rectum quid sit, cernere minime patitur: odium ad iniqua impellit, trahit ad vim inferendam libido, stimulat ad vindictam dolor, inuidia præcipitem agit, vtque inquit Claudianus, Dijs proximus ille est, quem ratio, non ira, mouet. Hinc Salustius omnes homines, ait, qui de rebus dubijs consultant, ab omni odio, auaritia, ira, atque misericordia vacuos esse decet, haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiant. Ideo Plato deprehenso in facinore seruo excaudescens, Xenocrati ad eum venienti dixisse fertur, plagis hunc afflige. Id ego ne facias,

43.
De ira & affectibus à
principe emittendis.

D 2 impe-

impedimento est ira. Rectè igitur Cicero, in orationibus, sapientis esse ait, non quid velit ipse, sed quid lex & religio cogat, cogitare, neque sibi quodcumque concupierit licere, sed habere in consilio legem, religionem, fidem, æquitatem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum cupiditatesque omnes amovere. Nam Senerino iudice, Nubila mens est vindictæ frænis, hæc vbi regnant. Distique sunt principes, vt ait Gregorius, quod principentur cogitationibus, id est, omnes prauorum affectuum impetus constringant. Ideo princeps non putet sibi licere, quicquid libuerit, quodq; principibus solent adulatores occinere: verum semetipsum ita instituat, vt nō solum libeat, nisi quod licet, immo nec hoc sibi licere credat, quod licet priuatis. Quod enim in alijs error est, in principe flagitium reputatur. Quod si iusta ira commotus princeps, ad vindictam procedere decreuerit: sciat, nequam hominibus irascendum esse, sed corrigenda vitia medicorum exemplo, qui non indignantur agrorum, sed morbo medentur.

Verum quū non solum iustus, sed etiam nutus principis attendi soleat, videndum est ei magna diligentia, quid iubeat: ne sub eius pretextu (quod Cornel. Tacitus præmonet) honesti conatus prohibeantur. Et quicquid iurilitatue publicæ contrarium est, etiam si à Cæsare mandatum fuerit, sperni reijciq; debere,

44. Iustus principi
sum, diligenter
si considerat
one prehabili-
ta: fieri debet
re.

here, sanxerunt leges. extratque Diui Traiani noranda sententia. dum enim Præfectum prætorio ense cingeret. Hoc, inquit, si iuste impera- uero, pro me: si autem male, contra me vtaris. Est iccirco ad bene recteq; regendum & gubernandum salubris, aureisq; literis signanda Claudiani ad Honorium admonitio, dum ait:

*Tu licet extremos late dominare per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
Si metuis, si praua cupis, si duceri ira,
Seruirijs patiære iugum: tolerabis iniquas
Internus leget. tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris Reuere tu. Et paulo post:
Nec tibi, quid liceat, sed quid secisse decebit,
Occurras, mentemq; domet respectus honesti.
Hoc te prætere acrebro sermone monebo,
Vt te totius medio tellurū in orbe
Viuere cognoscas: cunctis tua gentibus esse
Facta palam: nec posse dari regalibus vsquam
Secretum vitijs. Nam lux altissima sacri,
Occultum nil esse sinit, latebrasq; per omnes
Intrat, & obtusos explorat fama recessus. Et infra:
Tu ciuem patremq; geras, tu consule cunctis,
Nec tibi: nec tuate moueant, sed publica vota.
In commune inbes siquid, cense q; tenendum:
Primus iussa subi. Tunc obseruator equi
Est populus, non ferre vetat, quom viderit ipsum*

45.
Salubris ad
bene recteq;
regendum
Claudiani
instructio.

*Auctorem parere sibi. Componitur orbis,
Regis ad exemplum. Nec sic inflectere sensus
Humanos edicula valent, quam vitæ regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.*

Qui nulli cesserit affectui, qui ab honesto nulla rerum specie deflexerit, qui præscriptæ doctrinæ tenax obseruator & fidelis fuerit custos, qui præcepti Platonis memior fuerit, subditorum vtilitatem sic tuendo, vt quicquid agit, ad eam referat, commodorum suorum oblitus: bonum salutaremque aget principem, viuam Dei cuncta moderantis referens imaginem. Hic odium & inuidiam subditor vitabit, fauorem, amorem, & benevolentiam aucupabitur, & sibi conciliabit. hæc sunt veræ artes, hæc sunt optima documenta, quibus imperia conseruantur, diuturna que & stabilia permanent, & his contrarijs corruunt. Sic Romani florere, sic totius orbis rectores, moderatoresque euasere. Postquam vero ambitio, similitas, præcipueque luxus & pecuniæ cupido, vt Val. tradit (quæ generis humani certissimæ pestes, quo penetrauerunt, ibi iniuria dominatur, inuidia, flagrat) ingrue-runt. statim prepotens illud Imperium, præclaræ dignitas, atque omnibus gentibus stupenda pop. Roma. maiestas, ad nihilum redacta corruit, cunctis mundi rectoribus exemplum minime spernendum.

Scire etiam oportet, quemadmodum Tho-
mas

mas tradit, quid prouinciæ vel ciuitati magis expediat, pluribus vel vno regi. quod ex fine regiminis æstimari considerarique posse Tho-
mas ait. Ad hoc enim cuiuslibet regentis ferri debet intentio, vt eius, quod regendum suscepit, salutem procuret. Gubernatoris enim est, nauem contra maris pericula saluando illam ad portum salutis perducere. Salus autem & commodum multitudinis est, vt eius vnitas, quæ pax dicitur, conseruetur: qua remota, socialis vitæ perit vtilitas. Hoc igitur est, ad quod rector multitudinis maxime intendere debet, vt pacis vnitatem procuret. Nec recte consilium capit, an pacem faciat in multitudine sibi subiecta: sicut nec medicus, an sanet infirmum sibi commissum. Nemo enim consilium querere debet de fine, quem intendere debet, sed de his, quæ sunt ad finem. Quanto igitur regimen efficacius fuerit, ad vnitatem pacis conseruandam, tanto erit vtilius. Hoc enim vtilius dicimus, quod magis perducit ad finem. Sed vnitati magis efficere potest, quod est per se vnum, quam plures: sicut efficacissima causa est calefactionis, quod est per se calidum. Vtilius est igitur regimen vnius, quam plurium. Manifestum etiam est, plures multitudinem nullo modo conseruare, si omnino dissentirent. requiritur enim in pluribus quædam vnio, ad hoc quod regere quoquo modo possint. Quia nec multi nauem in vnâ parte tra-

46.
*An melius
sit, per vnum,
quam per plu-
res regi.*

herent, nisi aliquo modo coniuncti. vñiri autem dicuntur plura, per appropinquationē ad vnum. melius igitur regit vnus, quā plures, ex eo quod adpropinquat ad vnum. Præterea, optime se habent, quæ secundum naturam sunt. in singulis enim operatur natura, quod optimum est. Omne autem naturale regimen ab vno est. in membrorum enim multitudine, vnum est, quod omnia mouet, scilicet cor, & in partibus animæ, vna vis principaliter præsidet, scilicet ratio. In apibus igitur vnus est Rex, & Grues vnam sequuntur ordine literato, & in vniuerso vnus Deus factor omnium & rector. Si ea igitur, quæ sunt secundum artem, imitatur ea, quæ sunt secundum naturā: tantoty opus artis melius est, quanto magis assequitur similitudinem eius, quod est in natura: necesse est esse in humana multitudine optimum, vt per vnum regatur. Non abre itaque euenit, vt necesse fuerit Reip. Romanorum per vnum consuli. hoc etiam experimentis apparet. nam provinciarū vel ciuitates, quæ non reguntur ab vno, dissensionibus laborant, & absque pace fluctuant: vt videatur adimpleri, quod Dominus, per prophetā conqueritur, dicens, Pastores multi demoliti sunt vineā meā. Econtrariō verò, provinciarū & ciuitates, quæ sub vno reguntur & gubernantur, pace gaudent, Iustitia florent, & affluentia rerum lætantur. Vnde populo suo propitijs dominus, sibi

caput

caput vnum per prophetas ponere promittit, quodq; in medio eorum esset princeps vnus.

Sicut autem regimen boni principis optimum est, ita regimen tyranni est pessimum. ^{47.} *Quemadmodum vnus de minimis optimus exercetur Aristocratia, vnum, quam vtrūq; n. exercetur per paucos: Regnum autē do est iustum: ita eius oppositum, est pessimum.*

Opponitur autem politicæ quidem Democratiæ, vtrunque enim regimen est, quod per plures exercetur Aristocratia vero Oligarchia, vtrūq; n. exercetur per paucos: Regnum autē do est iustum: ita eius oppositum, est pessimum. fit regimen, ostensum est supra. Si optimo opponitur pessimum: necesse est, quod tyrannus sit pessimum. Adhuc, virtus vnita magis est efficax, ad effectum inducendum, quam dispersa, vel diuisua. multi enim simul congregati trahunt, quod diuisum per partes singulariter, ac per singulos trahi non possent. Sicut igitur vtilius est, virtutem operantem ad bonum, esse magis vnam, vt sit fortior ad operandum bonum: ita magis est nocuum, si virtus operans malum, sit vna, quā diuisa. Virtus autem iniuste præsidens, operatur ad malum multitudinis, dum commune bonū in se tantum detorquet. Sicut igitur in regimine iusto quanto regens est magis vnum, tanto est vtilius regimen, & regnum melius est, quam Aristocratia, Aristocratia vero, quam Politia: ita & contrario erit & iniusto regimine, vt videlicet, quanto regens est magis vnum, tanto magis sit nocuum. Inde magis est nocua tyrannis, quam Oligarchia, Oligarchia

D 5 quam

quam Democratia. Præterea regnum ex hoc fit iniustum, quod spreto cōmuni bono multitudinis, priuatum regentis queritur. Quanto igitur magis à communi receditur bono, tanto magis iniustum est regimen. A cōmuni vero bono magis receditur in Oligarchia, in qua paucorum bonum queritur, quàm Democratia, in qua queritur bonum multorum. Et adhuc magis receditur à communi bono in tyrannide, in qua queritur bonum vnius tantum. omni enim vniuersali propinquius est multum, quam paucum, & paucum, quam vnum solum regimen. Igitur tyrannis, vt dicitur Thomas concludit, iniustissimum est. Id etiam manifestum est considerantibus diuinæ prouidentie ordinem, quæ optimè vniuersa disponit. nam bonum prouenit in rebus ex vna causa perfecta, quasi omnibus coniunctis, quæ ad bonum iuuare possunt: malum autem sigillatim ex singularibus defectibus. Nō enim est pulchritudo in corpore, nisi omnia membra fuerint decenter disposita: turpitu do autem contingit, quodcunque membrum indecenter se habeat. sicque turpitu do ex pluribus causis diuersimode prouenit, pulchritudo autem ex causa perfecta. Sicque est in omnibus bonis & malis, tanquam hoc Deo prouidente, vt bonum ex vna causa sit fortius, malum autem ex pluribus causis sit debilius. Expedi igitur, vt iustum regimen sit vnius tantum, ad hoc vt sit fortius.

Quod

Quod si à Iusticia declinet regimen, magis expedit, vt sit multorum, quo debilius sit & se in uicem impediant. Inter Iniusta igitur regimina tolerabilius est Democratia: pessimum vero tyrannis. Idem maxime apparet, si quis consideret mala, quæ ex tyrannis proueniunt. quia quum tyrannus contempto communi bono, priuatum querat: consequens est, vt subditos diuersimode grauet, secundum quod diuersis passionibus subiacet ad aliquid affectandum. Qui enim passionis cupiditate detineretur, bona subditorum rapit, præterea inter ipsos discordias seminat, ex ortas nutrit, & ea quæ ad conseruationem hominum pertinent, vt conubia & conuiuia, prohibet, & eiusmodi alia, per quæ familiaritas & fiducia generari solent.

Sub tyrannis quoque pauci virute insignes inuiciuntur. Vt enim voluit philosophus, apud illos inueniuntur fortes viri, penes quos fortissimi honorantur. Et vt Cicero ait, iacet semper & parum vigent, quæ apud quosque improbantur. naturale enim est, vt homines sub timore nutriti degenerent animum, & ad omne virile strenuum opus timidi & pusillanimes fiant. quod in prouincijs, quæ diu sub tyrannis fuerint, experimento patet.

Quia igitur optimum & pessimum consistunt in monarchia, id est, principatu vnius: multum quidem per tyrannorum malitiam

48.
Quomodo vniuersum est deo

tiam

minium a. pud Roma. quorum Res. pub. ex domi. nio plurimum interdum ma. gi aucta est. Cuius à prin. cipio Impera. tores noluer. vnt se reges appellari.

liciam redditur regia dignitas odiosa: quidam vero dum regimen regis desiderant, in scélitias tyrannorum incidunt, rectoresque quamplures tyrannidem exercent, sub dignitatis regis prætextu. quorum exemplam in Reipubli. Romanorum patet. Regibus enim à pop. Rom. expulsis, dum regnari, seu tyrannicum potius factum ferre non possent, Consules & alios magistratus, per quos regi ceperunt, dirigi instituerunt, regnum in Aristocratiam commutari volentes. Et sicut refert Salustius, memoratu incredibile est, quantum addepta libertate Roma breui creuerit. plerumque enim contingit, vt homines sub rege vltentes, segnius ad commune nitantur bonum, existimantes id, quod in eam rem impendunt, non sibi ipsis conferre, sed alteri, sub cuius potestate communia bona consistere vident. Quam enim bonum commune in potestate vnus vident esse, ad illud attenti non sunt, quasi ad id, quod est alterius, sed quislibet attentus est ad illud, quasi suum. Vnde ciuitas per annuos rectores administrata, interdum plus potuit, quam dux plures sub se ciuitates habens: exiguaque seruitia à regibus exacta grauius ferunt Ciues, quam magna onera à communitate imposita. Quod in processu Romanæ Reipublicæ videri potest. plebs enim ad militiam scribebatur, quæ pro militibus stipendia exolvebat. Et quam stipendijs exolueendis commune non sufficeret ararium, in

vfus

vsus publicos opes venerit priuatæ. Sed quum dissensionibus continuis vexarentur, eaque ad bella ciuilla excreuerunt, quibus eis libertas, cui plurimum studuerant, erepta est. Et sub potestate Imperatorum esse ceperunt, qui se reges à principio appellari noluerunt, quia nomen regium Romanis odiosum fuit. Horum à liqui more regio commune bonum fideliter procurarunt, quorum studio Romanorum Reipubli. & aucta & conseruata est: plurimi vero eorum in subditis quidem tyranni, ad hostes vero effecti desides, & imbecilles Roman. Rempublicam ad nihilum redegerunt. Similis processus (vt inquit Thomas) in populo Hebræorum fuit. primo quidem dum sub Iudicibus regebantur, vndique ab hostibus diripiebantur. nam vnusquisque, quod bonum erat in oculis suis, hoc faciebat. Regibus vero eis diuinitus datis, ad eorum preces propter regum malitiam, ab vnus Dei cultu recesserunt, & in captiuitatem tandem ducti sunt. Vtrinque igitur pericula imminet, siue dum timeatur tyrannus, regis optimum dominium euitetur: vel dū hoc consideratur, in tyrannicam malitiam conuertatur regia potestas.

Quum autem inter duo, ex quorum vtroque periculum imminet, eligere oportet: illud potissimum eligendum est, ex quo minus malum sequitur. Ex monarchia autem, si in tyrannidem conuertatur, minus malum sequitur, quam ex regimine plurimum optimatum, quan-

40.

In principatu plurimum fau. pium contin. gis dominium.

*tyrannicum,
quam ex vi
na Imperio,
ideo regimē
vnius melius
est.*

do corrumpitur. Dissensio enim, quæ plurimum sequitur ex regimine plurimum, pacis repugnat bono, quod est in sociali multitudine præcipuum: quod quidem bonum per tyrannidem non tollitur, sed particularium hominum aliqua impediuntur, nisi fuerit excessus tyrannidis, in totam vniuersitatem desæuens. Solent enim ij, qui per vim dolumue Rempu. inuadunt, non ita plerumq; demerere esse, vt subditos in vniuersum extinguant, sine quibus finem animo conceptum assequi nequeunt, sed sublatis è medio nonnullis aut in ordinem redactis, quos in libertate suo resistere senserint, reliquam multitudinem tueri atque defendere: vt habeant in quos imperium exercent, & quorum opibus ac copijs ad suam libertatem abutantur. Non secus ac si pirata quispiam navis, in qua cum alijs vehitur, gubernaculum occupet, remoto Nauclero, vt merces vna cum vectoribus in portum, quem ipse delegisset, facilius posset abducere. Sic Dionytium Syracusis, sic Agrigentum Phalaridem, sic Pyrrhatum Athenis, sic Romæ Tarquinium, sic alios alibi fecisse complures legimus. Quamuis enim eos insigni apud suos inuidia flagrasse commemoraret antiquitas, quod oppressa libertate ciuium, ad suam utilitatem referrent omnia: non tamen aut incendisse ciuitatem, aut deripiendam hostibus tradidisse prouinciam, sed

fir-

firmis ac oportunis præsidijs aduersus vim omnem nutiuisse, & illata sæpe bella fortissime repulisse, compertum est. Adeo vt sub tyrânico vnius imperio si minus commode, at tuto saltem vt plurimum & pacifice subditi viuant. In multorum vero regimine, propter crebram æmulationem honoris & avaritiam, facillime dissidia nascuntur. Magis igitur præoptandū est vnius regimen, quā multorum, quamuis ex vtroq; sequatur periculū. Adhuc magis illud fugiendum videtur, ex quo pluries sequi possunt magna pericula. frequentius autem sequuntur maxima pericula multitudinis ex multorum regimine, quā ex regimine vnius. plerumque enim contingit, vt ex pluribus aliquis ab intentione communis boni deficiat, quam quod vnus tantum. Quicumque autem ex pluribus præsidentibus ab intentione communis boni diuerit, dissensionis periculum in subditorum multitudinem imminet. quia dissentientibus principibus, consequens est vt in multitudine sequatur dissensio. Si vero vnus præsit, plerumque ad commune respicit bonum: aut si ab eo mentem auertat, non statim sequitur, vt ad subditorum depressionem intendat, quod est excessus tyrannidis, & in malitia regiminis, maximum gradum tenens. Magis igitur fugienda sunt pericula, quæ ex regimine plurimum

pro-

protentium, quam ea, quæ ex gubernatione vnius. Præterea subiungit Thomas, non minus contingit, in tyrannidem verti regimen multorum, quam vnius, sed fortè frequentius. exorta nanque diffentione per regimen plurium, sæpe contingit vnum superare alios, & sibi soli dominium multitudinis vsurpare, quod quidem ex his, quæ pro tempore fuerunt, manifeste inspicitur potest. nam fere omnium multorum regimen, in tyrannidem est terminatū. Romana Respub. ut apparet, dum per plures magistratus diu administrata fuisset, exortis simultatibus & ciuilibus bellis, in crudelissimos tyrannos incidit. Et si quis præterita facta cum sequentibus diligenter consideret, inueniet plures exercuisse tyrannidem in terris, quæ per multos reguntur, quam in illis, quæ reguntur per vnum. Si igitur regimen, quod est optimum, propter tyrannidem maximè vitandum videatur: tyrannis autem magis in regimine plurium, quam vnius contingere solet: consequens est, simpliciter magis esse expediens sub vno rege viuere, quàm sub regimine plurium.

Quia ergo vnius regimen præaligendum est, quod est optimum: & contingit ipsum in tyrannidem verti, quod est pessimum: diligentè studio laborandum est, vt sic multitudini de rege prouideatur, ne incidat in tyrannum. Primum autem necessarium est,

50.
Qualiter multo
tudo habe-
re se debeat

Vt

vt talis conditionis homo ab illis, quibus hu-
iuscemodi spectat officium, in regem promo-
ueatur, quem non sit verisimile in tyranni-
dem declinare. Deinde sic disponenda est re-
gna gubernatio, vt regi & principiam institu-
to tyrannidis subtrahatur occasio: simul et-
iam sic eius temperetur potestas, vt facile in
tyrannidem declinare non valeat. Demum
curandum est, si princeps in tyrannidem di-
uerterit, qualiter occurrì possit. Et quidem si
non fuerit excessus tyrannidis, vtilius est re-
missam tyrannidem ad tempus tolerare, quàm
contra tyrannum agendo, multis implica-
ri periculis, quæ grauiora sunt tyrannide ip-
sa. Contingere potest, vt qui contra tyrannum
agunt, præualere non possint, sicq; pro-
uocatus tyrannus magis defæuiat. Quod si
præualere aduersus tyrannum quis possit,
necesse est multoties grauissimas diffentiones
in populo ex hoc puenire, siue dū in tyrannū
insurgitur, siue dum post electionum tyranni,
circa ordinationē regiminis, multitudo separatur
in partes. Interdum etiam contingit, vt
tyrannum expellens tyrannidem arripiat, &
grauior quam præcedens fiat. Vnde Si-
racusis quondam Dyonisij mortem cunctis
desiderantibus, anus quædam, vt incolumis
& sibi superites esset, continue orabat. Quod
vt cognouit tyrannus, causam que sinit. cui
mulier respondit, puella existens, quum grauem
tyrannum haberemus, mortē eius

li

eius

eius cupiebam: quo interfecto, aliquantulum durior successit, eius quoque dominationem finiri desiderabam: tertium te habere cepimus importuniorum rectorem. Si itaque tu assumptus fueris, deterior in locum tuum succedet. Et si intolerabilis sit excessus tyrannidis, ad fortium virorum virtutem quibusdam visum fuit pertinere, tyrannum interimere, seque pro liberatione multitudinis exponere periculis. Sed hoc Christi doctrinæ non continet, quæ etiam discipulis reuerenter subesse iubet: sed magis videtur contra tyrannorum seuitiam, non priuata aliquorum præsumptione, sed authoritate publica procedendum. Primo quidem, secundum diuini Thomam, si ad ius alicuius multitudinis pertinet, de rege vel principe sibi providere non iniuste ab eadem institutus princeps desitui potest, vel eius potestas refranari, si potestate regia tyrannicè abutatur. Nec infideliter agit, etiam si eidem in perpetuum se ante subiecerit: quia hoc ipse meruit, in multitudinis regimine se minus fideliter gerens, ut principis exigit officium. Sic Romani Tarquinium superbum, quem in regem susceperant, propter suam filiorumque tyrannidè, è regno eiecerunt, substituta minori Consulatum potestate. Sic Domitianus, qui modestissimis Imperatoribus Vespasiano, & Tito fratri successerat, dum tyrannidem exerceret, à Senata interemptus est, omnibus, quæ perueritè fecerat,

fecerat, per senatusconsultum in irritum reuocatis. Si verò ad ius alicuius superioris, multitudini de principe providere pertineat: expectandum est ab eo remedium contra Tyranni nequitiam, aduersus quæ omni humano deficiente auxilio, ad regem omnium recurrendum est, Deum videlicet, qui adiutor in tribulatione est. Eius enim potentia subest, ut crudele tyranni cor in mansuetudinem conuertatur, quia, ut inquit Salomon. * cor regis in manu Dei est: quocumque voluerit, inclinabit illud. Ipse enim Regis Assueri crudelitatem, qui Iudæis mortem parabat, in mansuetudinem vertit: ipse est, qui Nabuchodonosor crudelem regem ita conuertit, ut factus fuerit diuinæ potentia prædicator. Hinc etiam Virgilius ait: Ponuntque ferocia Pœni Corda volente Deo. Quos verò tyrannos sentit, auferre de medio potest, vel ad infimum statum reducere: quum scriptura dicat, Sedem ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Ipse est enim, qui videns afflictionem populi sui in Aegypto, & audiens eorum clamorem, Pharaonem tyrannum cum exercitu suo in mare deiecit. Nec est abbreviata eius manus, ut populum suum à tyrannis liberare non possit. nam per Isaiam populo suo promittit, se daturum requiem à labore & concussione, ac seruitute dura, quam ante seruiarat.

51.

Ex malo principe posse bonum fieri dei auxilium in manu cor regis est colenda tamè est prius per hoc culpa.

Sed vt tale beneficium populus à Deo confis-
qui mereatur, à peccatis abstinere debet, in
quorum vltione impij diuina permissione
principatum accipiunt, dicente Domino, Da-
bo tibi regem in furore meo. Tollenda est igitur
culpa, vt cesset tyrannorum plaga.

Quoniam igitur liquet, ad principem spe-
ctare, hominum multitudinis quærere, onerosum
graueq; eius officium videtur, nisi prop-
riũ aliquod bonum ex eo proueniret. Con-
siderare itaque oportet, quale sit. Visum fuit,
præter honorem & gloriam aliud nihil esse,
princeps enim, cui prædicta non sufficiunt,
tyrannus efficitur. inest quippe animis omni-
um, vt proprium quærât bonum, voluptates
& diuitias, licetq; ad rapinas & subditorum ini-
urias conuertitur. Sed si hanc sententiam re-
ceperimus, plura succedent inconueniẽtia. In
plurimis regibus dispendiosum esset, si tot la-
hores sollicitudinesq; paterentur, pro tam fra-
gili mercede, & multitudini nocuum, si prin-
cipibus tale præmium statuatur. nam ad bo-
ni viri officium pertinet, vt contemnat glo-
riam, sicut cætera temporalia bona. Virtutis
enim est, & fortis animi, gloriam pro iustitia
contemnere, sicut & vitam. Vnde mira-
bile quoddam sequitur, vt quia virtutum ac-
tus sequitur gloria, ipsa gloria digna con-
temnatur, & ex contemptu gloriæ, homo
gloriosus reddatur, iuxta illud Fabij, gloriam
qui speruerit, veram habebit. Si igitur hoc so-
luna

72.
Quid præci-
puè mouere de-
beat principẽ
ad regẽdum,
honor vel glo-
ria.

lum bonum statuatur principibus præmium:
consequens erit, bonos viros non assumere
principatum: aut si assumpserint, sine præ-
mio esse. Quoniam ergo mundanus honor &
hominum gloria, regiæ sollicitudinis non est
sufficiens præmium: quærendum est, quale
sit eidem sufficiens.

Est autem conueniens, vt Rex à Deo præ-
mium expectet. minister enim pro officio, à
Domino præmium expectat. Princeps au-
tem populum gubernando, minister Dei
est, quum omnis potestas (vt Apostolus scri-
bit) vt à deo sit. Reges igitur, & principes pro
suo regimine præmium à Deo expectare de-
bent. Remunerat autem Deus, pro suo mini-
sterio, reges & principes interdum temporali-
bus bonis, quæ præmia malis & bonis com-
munia sunt. Bonis autem regibus & principi-
bus, qui pia intentione populum Dei regunt,
non quidem terrenam, sed æternam merce-
dem promittit, nec in alio quam in seipso.
Hoc igitur præmium virtutis conuenienter
expectatur, quod hominem beatũ facit. Si au-
tem bene operari, virtutis opus est: regis verò
& principis opus est, bene regere subditos:
hoc etiam erit præmium regis, quod eum fa-
ciat esse beatum. Beatitudinem autem di-
cimus, vltimum desideriorum finem. Neque
enim desiderij motus in infinitum procedit.
Esset enim inane naturale desiderium, quum
in finita pertransiri non possunt. Quum au-

tem desiderium intellectualis naturæ sit, vniuersalis boni: hoc solum bonum poterit verè beatum facere, quo adepto nullum bonum restat, quod amplius desiderari possit. vnde & beatitudo dicitur esse perfectum bonum, quasi omnia desiderabilia in se comprehendens. Sed tale non est aliquid terrenum bonum. nam qui diuitias habent, amplius habere desiderant, & si ampliora non querunt, desiderant tamen, vt ea permancant, vel alia in locum eorum succendant. nihil enim permansens inuenitur in rebus terrenis. Nihil igitur quietum est, quod mortalium possit desiderium quietum reddere. ergo nec terrenum aliquid bonum faciet, vt possit esse regis & principis conueniens præmium. Præterea, cuiuslibet rei finalis intentio & completum bonum, ab aliquo superiore dependet. Si enim argento miscetur aurum, argentum sit melius, quod ex plumbi admixtione impurum efficitur. Constat autem, terrena omnia esse infra mentem humanam. Beatitudo verò est hominis perfectio finalis & completum bonum, ad quod omnes peruenire desiderant. Nihil igitur terrenum est, quod hominem possit beatum facere. nec igitur terrenum aliquid est præmiū principi sufficiens, & quod regi & principi pro præmio decerni possit. cuiuslibet enim rei desiderium in suum tendit principium. Humanæ verò mentis causa non est aliud, quam Deus, qui eam ad suam

ima-

imaginem fecit. Solus igitur Deus, qui hominis desiderium facit quiescere, hominemque beatum, regi ac principi conueniens præmium est.

Considerandum ulterius est*, quod eminentem celestis beatitudinis gradum obtine-⁵³⁰ bunt, qui principis officium laudabiliter exe-^{in celesti be-} quunt. Si enim bea-^{atitudinema-} titudo virtutis est præmi-^{iorè gradum} um: consequens est, vt maiori virtuti maior ^{principes boni} beatitudinis gradus, secundum Thomam, de ^{obtinébūt.} beatitudo. Est autem præcipua virtus, qua homo aliquis non solum seipsum, sed etiam alios dirigere potest, & tanto magis, quanto plurimum est rector. Si maior itaque virtus requiritur ad regendum domum familiam, quam ad regendum seipsum: multoq; maior ad regimen ciuitatis & regni: excellentis virtutis est, officium regium bene exercere. In beatitudine ergo excellens ei debetur præmium. Præterea in omnibus artificijs & potentijs laudabiliores sunt, qui alios bene regunt, quam qui secundum alienam directionem se bene habent. In speculatiuis enim maius est, virtutè alijs docendo tradere, quam quod ab alijs docetur, capere posse. In artificijs etiã magis æstimatur & maiori pretio conducitur architector, qui artificium disponit, quam artifex, qui secundum eius dispositionem manualiter operatur. Et in rebus bellicis maiorem gloriam ex victoria consequitur: prudentia ducis, quam militis fortitudo. Sic autem se habet rector

E + mul-

multitudinis, in his quæ à singulis secundum virtutem agenda sunt, sicut doctor in disciplinis, & architector in ædificijs, duxq; in bello. Vnde sequitur, Regem, & principem maiori præmio dignum, si bene subiectos gubernauerit, quam si aliquis subditorum sub rege bene se habuerit. Et hoc lucidius apparebit, si quis magis specialiter consideret. Laudatur enim ab hominibus quamuis priuata persona, à Deoq; præmia condonatur, si egenti subueniat, si discordes reconciliet, si oppressum à potentiore eripiat, denique si alicui opè consiliumque qualitercunque ad salutem conferat. Quanto magis ab hominibus laudandus est, & à Deo præmio condonandus, qui totam prouinciam facit pace gaudere, violentias cohibet, iustitiam seruat, & quid ab omnibus agendum sit, legibus & præceptis disponit. Hinc etiam regia virtutis magnitudo apparet, qui Dei similitudinem gerit, dum agit in regno, quod Deus in mundo. Tanto autem est Deo acceptius aliquid, quanto magis ad eius imitationem accedit. Ideò cõsequens est, bonos principes Deo acceptissimos esse, maximoque præmio ab eodem condonandos. * Principatus verò (vt aiunt) virum ostendit. multi enim ad principatum imperiumq; peruenientes, à virtute discedunt, qui dum in statu essent infimo, videbantur virtute præditi. vnde difficultas, quæ principes vrget ad bene regendum, maiori præmio eos facit

54.
Principatus
virum ostendit.

facit dignos. Quod etiã diuina auctoritate firmatur. dicitur enim Zachariæ cap. 12. quod in illa beatitudinis die, quæ erit domitus protektor habitantibus in Hierusalem, id est, in visione pacis æternæ, aliorum domus erunt sicut domus Dauid, quia scilicet omnes reges erunt, & regnabunt cum Christo, vbi membra cū capite. Sed domus Dauid, quemadmodum domus Dei: quia sicuti reges deo fideliter, Dei officium gessit in populo: ita in præmio Deo propinquus erit adhærebitque. Licet enim angelorum & hominum. infinitus numerus essentiam Dei videat: inæqualiter tamen vident. Ideo Ioannis capite 14. dicitur, in domo patris mei multæ sunt mansiones, id est, diuersa præmia meritorum, secundum expositores. Causabitur autem ea inæqualitas, eo quod intellectus alicuius maiorem facultatem Deum videndi adipsiscetur, quam alius, & qui plus charitatis habuerit, perfectius ac maiori beatitudine Deum videbit, vt volunt Theologi. Sicuti è contrario, præcitis in infernoque damnatis diuersa tormenta, pro qualitate quantitateque demeritorum, parata sunt. Eamque mansionum diuersitatem in coelo esse Christus declarauit, ne de æterna beatitudine minus perfecti desperarent. Nam si in domo celestis patris vnica tantum esset mansio, hoc est, vnicus tantum esset beatitudinis gradus: oporteret in hac vita omnium beati-

tudinem sperantium merita esse æqualia. alioqui ad illam vnicam mansionem peruenire non possent: per hocq; imperfecti, qui ad æqualitatem perfectorum non ascendunt, in illa beatitudine locum non haberent, quibus utpote non deberetur vnica illa mansio, & ille beatitudinis gradus. Subiunxit ideo loco proxime allegato Christus: Si aliter esset, dixissem vobis: vt per hoc videlicet studeretis fieri omnes æquales in meritis.

Quum regibus & principibus in cælesti beatitudine tam grande proponatur præmium,

55. *Princeps bono regimini studere debet, propter suis ipsius bonum veluti simulantur in terris, in cælestis regni gloriam, utque inde transferantur. * Addendum est etiam, quod proueniunt*

tyranni Iustitiam deserunt, ac lucrum (vt inquit Thomas) regibus & principibus magis proueniunt, dum Iustitiam colunt, seruantq;. Experiencia enim docet, regis & principis diuitias magis per Iustitiam adipisci, quam per rapinam tyranni. Ex quo enim tyrannorum dominium subiectæ multitudini displicet, multis egent subsidijs, vt contra subditos tuti reddantur, in quibus necesse plerunque est, plura expendere, quam à subditis rapiant, & extorqueant. Regum autem dominium, quod subditis placet, ad custodiam illos para-

tos

tos habet, in quibus expensa necessaria non est: immò in necessitatibus regibus plura sponte donant, quam tyranni diripere possint. Similiter iusto Dei iudicio contingit, vt qui diuitias iniuste congregant, inutiliter eas dispergant, aut iniuste auferantur ab eis. Præterea, quis dubitat, bonos reges non solum in vita, sed post mortem magis quodammodo laudibus hominum viuere, & in desiderio haberi: malorum verò nomen aut statim desicere, aut si excellentes in malicia fuerint, cum detestatione eorum memoriam fieri? Siquis etiam antiquorum gesta & neotericorum euentus consideret, vix inueniet alicuius tyranni dominium diuturnum fuisse. Vnde & Aristoteles in sua Politia, multis tyrannis commemoratis, omnium dominium breui tempore extinctum fuisse demonstrat: qui verò diutius præfuerunt, in tyrannide non multum excedebant, sed in pluribus regalem modestiam imitabantur. Adhuc autem hoc magis fit manifestum (vt Thomas ait) ex cõsideratione diuini iudicij. Deus enim hominem hypocritam propter peccata populi regnare facit. Nullus autem verius hypocrita dici potest, quam qui assumit officium Regis, & exhibet se tyrannum. hypocrita enim dicitur, qui aliter repræsentat personam, sicut in spectaculis fieri consuevit. Sic igitur deus immitit tyrannos, ad puniendum subditorum peccata. quæ calamitas ira Dei nuncupatur,

57. *De hypocritis, propter scelera populi regnantibus.*

58. *In seculis est princeps, iuxta qui populus in*

in Dei furorē conceditur. iuxta illud, Dabo vobis regem in furore meo. Infelix est autem rex, qui populo in dei furorē conceditur. non enim potest illius dominiū stabile esse. quia nō obliuiscitur misereri Deus, nec cōtinebit in ira eius misericordias suas, sed post tempestatem per eos populo inductam, per eorūdem deiectionem tranquillitatem inducet, quorum peccata ex dignitate suscepti officij grauiori etiam pœna afficiet. Ut enim rex eius ministros grauius punit, si in fidem inuenierit. Ita Deus seuerius plectet eos, quos sui regiminis excutores & ministros facit, si perperam agant, Dei iudicium in amaritudinem conuertentes. Priuatur itaque tyrannus excellentissima beatitudine, quæ regibus & principibus in præmium debetur, maximisq; tormentis subijcitur. Omnibus igitur neruis viribusq; cōtendas, vt ad iusti principis regimen semper accedas, & exaltabitur mirum in modum gloria tua.

59. Consequens est autem considerare, quod sit regis & principis officium, & qualem oporteat esse principem, his, quæ in superiorib; scriptis, quibusdā additis. Et quia ea quæ sunt secundum artem, imitantur ea, quæ sunt secundum naturam, ex quibus accipimus, vt secundum rationem operari possimus: optimum videretur, regis & principis officium à forma naturalis regiminis assumere. Inuenitur autem, ait Thomas, in rerum natura, regimen vniuersale & particulare: vniuersale quidem, se-

Principi in regno, sicut anima in corpore, & deus in mundo esse debet.

secundum quod omnia sub Dei regimine continentur, qui sua prouidentia cuncta gubernat. Particulare autem regimen diuino quidem regimini maxime simile est, quod inuenitur in homine, qui ob hoc minor mundus appellatur, quia in eo vniuersalis regiminis forma inuenitur. nā sicut vniuersa creatura, corpora & omnes spirituales virtutes sub diuino regimine continentur: sic & corporis membra, & cæteræ virtutes animæ à ratione reguntur, & sic quodammodo se habet ratio in homine, vt Deus in mundo.

Hoc igitur officium princeps se suscepisse cognoscat, vt sit in regno, sicut anima in corpore, & sicut Deus in mundo. quæ si diligenter consideret: ex altero sustititæ zelus in eo accenditur, dum considerat, ad hoc se positum, vt loco Dei iudicium in regimine sibi credito exerceat: ex altero vero, mansuetudinis & clementiæ lenitatem acquirit, dum suo regimini subditos, vt propria membra reputat.

Et, si institutioni ciuitatis opera datur, providere oportet, quis locus sit sacris, quis iuri reddendo, quis singulis artificibus deputandus. Vtcrius autem seligere oportet homines, qui locis congruis, secundum officia sua, deputandi sunt. Demum prouidendum, vt singulis necessaria suppetant, secundum cuiusque constitutionem, & statum. Aliter ciuitas con-

stitu-

sistere non posset. Deinde per legem diuinam
 edoctus princeps | providere debet, qualiter
 multitudo sibi commissa bene viuat. Quod
 quidem studium in tria diuiditur: vt in subie-
 cta multitudine bonam vitam instituat: inde,
 vt institutam conseruet: demum, vt conser-
 uatā ad meliora promoueat. Circa quæ prin-
 cipi triplex imminet cura: prima quidem de
 successione & substitutione illorum, qui di-
 uersis officijs præsumt. Vt quemadmodum
 per diuinum regimen in rebus corruptibili-
 bus, quæ semper eadem durare non possunt,
 prouisum est, vt per generationem alia in lo-
 cum aliorum succedant, vt vel sic conserue-
 tur integritas vniuersis: Ita per regis studium
 conseruetur subiectæ multitudinis bonum,
 dum sollicitè & prudenter curat, qualiter alij
 in deficientium locum succedant. Deinde,
 vt legibus & præceptis, præmijs & pœnis, ho-
 mines sibi subditos ab iniquitate coerceat, &
 ad opera virtutum sapientia inducat, exem-
 plum à Deo accipiens, qui hominibus legem
 dedit, obseruātibus quidem mercedem, trans-
 gredientibus pœnam retribuens. Tertio,
 principi cura imminet, vt multitudo sibi sub-
 iecta contra hostes tuta reddatur. nihil enim
 prodest interiora vitare pericula, si ab exteriori-
 bus defendi non posset. Pacis igitur tempo-
 re, prudens & sapiens princeps morum ini-
 quitati bonis legibus occurrat, malas tollat,
 & deprauatas corrigat: rationes exquirat, qui-
 bus

bus populum quam minimum grauet, qui-
 bus ditonem suam latrocinijs maleficijsque
 liberet, & malis hominibus purget, quibusque
 eam meliorem efficiat: non fastum & super-
 biam ostendet, sed quæ ad reipublicæ com-
 moditatem atineant, procuret: quæ parum
 tuta sunt, communiat, publicis ædificijs or-
 net, pōtibus, templis, tipis, aquæ ductibus: lo-
 ca pestilentia obnoxia purget, vel ædificio-
 rum mutatione, aut desiccatis paludibus: flu-
 uios incommodè fluentes alio deriuet: flumi-
 na ad publicā vtilitatē vel arceat, vel admittat,
 & nauigabilia bonorum principum exemplo
 faciat: subditos magis virtute & moribus æ-
 stimet, quàm censu. Augustus urbem pro ma-
 iestate Imperij excoluit, adeo vt iure sit gloria-
 rus (vt Suetonius ait) marmoram se relin-
 quere, quam latericiam accepisset.

Et quemadmodum Vegetius ait, maiori-
 rem gloriam assequi principes non potuerunt, ^{Principi pro-}
 quam nouas Ciuitates fundando, aut ab ^{primum est, in-}
 alijs conditas ampliando in suum nomen ^{struere ciuita-}
 transferre. Si igitur facultas id faciendi con- ^{tes & oppida,}
 cederetur, in electione regionis maxima esset ^{ad gloriā con-}
 adhibenda cura, vt omni nocuo libera & cō- ^{sequendam,}
 modicibus refertissima, quoad fieri posset, ^{eligendoloca}
 haberetur. In primis eorum ne habitantes ^{temporaria.}
 graue & nefestum haberent, omni diligentia
 pœnitus præcauehant: prudenti id quidem
 & maximè necessario consilio. nam terram
 atque aquam, si quid habeant in se vicij, arte
 &

& ingenio corrigi posse non negant. Cœlum vero nulla ingenij ope, nullatq; hominum manu satis posse emendari asseuerât, & omnino spiritus anhelitus, quo vno maxime vitam ali feruariq; sentimus, mirificè ad salutem confert, si erit purissimus. tum & quantam habeat cœlum in gignendis, producendis, alendis, seruandisq; rebus vim, quis est quem id fugiat? quando & præstare ingenio eos intelligas homines, qui cœlo fruantur puriore, quàm eos, qui crasso, vt mamenti. Quæ vna res potissimum effecisse creditur, vt Athenienses acumine ingenij multo præstiterint Thebanis. Ex temperie regionis habitatores multa commoda consequuntur: in primis incolumitatem corporis, & longitudinem vitæ. quam enim sanitas in quadam temperie humorum consistat: in loco temperato cōseruabitur sanitas. simile enim suo simili cōseruatur. Si autem fuerit excessus caloris, vel frigoris: necesse est, secundum qualitatem aeris, quod qualitas corporis immutetur. Vnde naturali quadam industria animalia quædam, tempore frigido ad calida loca se transferunt, rursus tempore calido frigida repetendo, vt ex contraria dispositione loci ac temporis, consequantur temperiem.

62.

Post electionem autem regionis, oportet Ciuitati constituendæ locum idoneum eligere, in quo, vt diximus, in primis aeris salubritas requirenda videtur. Cōseruationi enim

nim ciuili præiacet naturalis vita, quæ per salubritatem aeris seruat illa. Locus autem saluberrimus erit, vt Vegetius inquit, excelsus, non nebulosus, non pruinosus, regiones que cœli spectans neque estuofas, neque frigidâs, neque paludibus vicinas. Eminentia quidem loci, solet ad salubritatem aeris conferre: quia locus eminens ventorum perfilationibus patet, quibus redditur aer purus. Vapores etiam, qui virtute radij solaris resoluuntur à terra, & ab aquis multiplicantur, magis in vallibus & in locis demissis existunt, quam in altis, in quibus aer subtilior inuenitur. Huius autem aeris subtilitas quam plurimum ad liberam & sinceram respirationem valet: per nebulas impeditur, & pruinas, quæ solent in locis humidis abundare. vnde huiusmodi loca salubritati contraria inueniuntur. Et quia loca paludosa humiditate abundant: oportet locum constituendæ vrbi electum, à paludibus esse remotum. Quum enim auræ matutinæ sole oriète proueniunt, & à paludibus ortæ nebulæ eis adiunguntur: flatus animalium palustrum venenatorum cum nebulis mixtos spargent, & locum facient pestilentem. Oportet etiam locum vrbi destinatum, ad calorem & frigus temperatè disponi, secundum aspectus ad cœli diuersas plagas. Si enim mœnia, maximè propè mare constituta, ad meridiem spectabunt: salubria non erunt. Huiusmodi enim loca mane qui

F dent

dem frigida erunt, quia non respiciuntur à sole, meridie verò feruentia, propter solis aspectum. Quæ autem ad occasum spectant, orto sole tepescunt, vel etiam frigescent meridie calent, vespere feruent, propter caloris continuationem ad solis aspectum. Si verò ad orientem spectabunt: mane quidem, propter solis directam oppositionem, temperatè calefcent: nec multum in meridie calor augetur, sole locum directè minimè spectante: vespere vero, totaliter radijs solis auertis, frigescent. Eademque vel similis temperies erit, si ad aquilonem locus respiciat. vrbis oppositum est, quod meridiem respicere dictum est. Possumus autem experimento cognoscere (vt inquit Thomas) quod in maiorem calorem minus salubriter aliquis transmittatur. Quæ enim à frigidis locis corpora traduntur in calida, durare non possunt, sed dissoluntur: quia calor fugendo vaporem, naturales virtutes dissoluit. Vnde etiam in salubribus locis, corpora æstate infirma redduntur. Quia verò ad corporum sanitatem, conuenientium ciborum vsus requiritur, in hoc conferre oportet de loci salubritate, qui constituendæ vrbis eligitur, vt ex conditione ciborum discernatur, qui nascantur in terra. Quod quidem explorare solebant anti qui, ex animalibus ibi nutritis. Quum enim hominibus alijsq; animalibus commune sit, vt ad nutrimentum lûs, quæ nascuntur in

ter-

terra: consequens est, vt si occisorum animalium viscera bene valentia inueniuntur, homines etiam in eodem loco salubrius nutriti posse. At si animalium occisorum membra morbida funera rationabilius accipi potest, iuxta Demetrij & Platonis verus institutum, nec hominibus illius loci habitat onem salubrem fore.

Sicut autem aer temperatus, ita salubris aqua est requirenda, ex his enim maximè dependet sanitas corporum, quæ sæpius in vrbium hominum assumuntur. Et de aere quidem manifestum est, quod quotidie ipsum aspirando intro, atrahimus ad vitalia vsque. vnde principaliter eius salubritas ad incolunitatem corporum confert. Ac inter ea, quæ per modum nutrimenti assumuntur, aqua est, quæ sæpissimè vtimur, tam in potu, quam in cibo. Ideo nihil est præter aeris puritatem magis pertinens ad loci sanitatem, quàm aquarum salubritas. Aquam autem esse optimam refert, vt limpida, perlucida, & tenuis sit, quæ in candidum luteum insula nõ commacularit, quæ feruet facta fecem non dimiserit, quæ mucosum alueum, quo perfluat, & præsertim saxa coinquinata non reddiderit. Addunt aquam per commodam esse, in qua legumina decocta bene mitescant. Aeris verò, loci, & aquarum salubritas considerari potest, si commorantium facies bene coloratæ appareant, robusta corpora, &

F 2

di-

63.
De salubritate aquæ in ciuitate necessaria.

disposita membra, si pueri multi & viuaces, si senes multi reperiantur ibidem. Econtrario, si facies hominum deformes appareant, debilita corpora, exinanita membra, vel morbida, si claudi & tortuosi multi nascantur, si pauci & morbidi pueri, & adhuc pauciores senes: dubitari non potest, id cœli aerisq; vi ac vitio, aut occultiore aliqua deprauatæ naturæ causa fieri, & locum esse mortiferum.

64. *De copia rerum ad ciuitatem necessariam, et quomodo duas copias magis conducat.*
 Oportet autem, ut locus constituendæ vbi electus non solum talis sit, qui salubritate habitatores conseruet: sed vbertate ad vitum sufficiat. Impossibile enim est hominū multitudinem habitare, vbi victus copia non suppetit. Duo tamen sunt modi, quibus ciuitati potest rerum affluentia suppetere: vnus, propter fertilitatem regionis omnia abunde producentis, quæ humanæ vitæ requirit necessitas: alius autem, per negotiationis & mercaturæ vsum, quo mediante necessaria vitæ diuersis ex partibus adducantur. Primus autem modus conuenientior esse, manifestè conuincitur. Tanto enim aliquid dignius est, quanto per se sufficiens inuenitur. Quia quod alio indiget, deficiens esse liquet. Sufficienciam autem plenius possidet Ciuitas, cui circumiacens regio sufficiens est ad necessaria vitæ, quam illa, quæ indiget ab alijs per negotiationem accipere. Dignior est enim ciuitas, si rerum abundantia ex proprio territorio fruatur, quam si per mercatores abundet,

det, quum hoc sit etiam securius propter bellorum euentus, & diuersa bellorum discrimina, quibus commæatus deportatio facilliter impediri potest, cuius defectu opprimeretur ciuitas. Est etiam hoc ad conseruationem ciuilem vtilius. Nam ciuitas, quæ ad sui substantiam mercatorum multitudine indiget, extraneorum conuictum sustineat oportet. Extraneorum autem cōuersatio, ciuium mores, vt inquit philosophus, plurimum corrumpit. Necesse etenim est, vt extranei alijs legibus, & consuetudinibus enutriti, in multis à ciuium moribus discrepent, sicut dum ad similia agenda prouocantur ciues, perturbatur ciuilis conuersatio. Hinc Cicero in orationibus ait, Carthaginenses fraudulentos & mendaces non genere, sed natura loci fuisse, qui propter portus suos, multis & varijs mercatorum & aduenarum sermonibus ad studium fallendi, studio quæstus, vocabantur.

Præterea, si ciues ipsi mercaturæ dediti fuerint, pluribus vitijs panditur aditus. Quum enim negotiatorum studium ad lucrum maximè tendat: per negotiationis vsum, in cordibus ciuium accenditur, ex quo conuenit in ciuitate omnia fieri venalia: & fide subtracta, locus fraudibus aperitur, & contempto bono publico, quisque proprio commodo deseruiet, virtutisq; deficiet studium, dum honor virtutis præmium omnibus defertur. Vn

de in tali ciuitate necesse erit, conuersationem ciuilem corrumpi. Est enim negotiationis vsus, militari plurimum contrarius. negotiatores enim, dum umbram colunt, laboribus parcunt, & dum fruuntur delitijs, mollescunt animo, reddunturq; corpora debiliora, & ad labores militares inepta. ex quo militibus per ius ciuile negotiatio interdicta est. De nisiq; ciuitas illa pacifica magis esse solet etiam, cuius populus rarius congregatur, & minus intra vrbs moenia residet. Ex frequenti enim hominum concursu licibus datur occasio, & seditionibus ministratur materia. Vnde, secundum philosophum, vtilius est extra ciuitatem populum exerceri, quam intra ciuitatis moenia iugiter commorari. Si autem ciuitas sit negotiationibus dedita, oportet intra urbem ciues residere, ibique mercaturam exercere. Est igitur vtilius ciuitati, eorum, quae ad proprium victum spectant, ex proprijs agris copiam suppeteré, quam quod ciuitas negotiationi penitus sit exposita. Negotiatorum tamen à ciuitate excludi omnino non oportet: quia haud facile locus inueniri potest, qui sic vitæ omnibus necessarijs abundet, vt quibusdam aliunde allatis non indigeat. Et eorum, quae eodem in loco superabundant, redderetur pariter multis damnosa copia, si à mercatoribus ad alia loca transferri non posset. Oportet igitur perfectam ciuitatem mercatoribus moderatè vti,

Est

Est etiam* construendis vrribus eligendus locus, qui amoenitate habitationis delectet. *De amoenitate* non enim facile deseritur locus amoenus, *re ciuitatis et* nec ad locum illum communiter confluunt habitantium multitudo, cui deest amoenitas: eo quod hominis vita absque amoenitate diu durare non possit. Ad hanc autem amoenitatem pertinet, quod sit locus camporum planicie distentus, arborum, ferarum, montium propinquitate conspicuus, nemoribus gratus, & aquis irriguus. Verum, quia amoenitas nimia homines ad delicias allicit, quod ciuitati plurimum nocet: ea moderate vti oportet. Homines enim delitijs vacantes, sensum primum hebetantur. earum enim suauitas sensibus animum immergit, ita vt in rebus delectabilibus liberum iudicium habere non possint. Deinde superflua delectationes, ab honestate virtuteq; discedere saepe cogunt. Nil enim magis perducit ad immoderatum augmentum, per quod medium virtutis corrumpitur, quam delectatio: tum quia natura delectationis auida est, & delectatione leni sumpta, in turpium delectationum illecebras precipitatur, sicut ligna sicca paruo accendantur igne: tum etiam, quia delectatio non faciat appetitum, sed gustata sitim sui magis inducit. Vnde ad virtutis officium pertinet, homines à delectationibus superfluis abstinere. Eo enim pacto facilius ad medium virtutis preuenitur. Mollescunt etiam

F 4 ania

animo delictis dediti, & ad ardua attentanda, tolerandosq; labores, & contemnenda pericula timidi redduntur. Demum delictis immerfi pigrescunt, negotijsque necessarijs intermissis, curam delictis solum adhibent, ad paupertatemq; redacti, dum consuetis voluptatibus indulgere nequeunt, furtis rapinisq; se exponunt, quo voluptates suas explere valeant.

Est igitur ciuitati damnosum, vel ex lo ci dispositione, vel ex quibusq; alijs rebus, delictarum superfuitate abundare. Oportunū est ergo in conuersatione humana, quasi condimenti loco, parum delectationis habere, vt animus hominum recreetur. Præterea si id, quod ad finem est, quæritur vt finis: naturæ ordo tollitur & destruitur: vt, si faber malleū proter seipsum quærit, aut carpentarius seram, vel medicinam medicus, quæ ad debitos ipsorum ordinantur fines. In ciuitate autem sibi regiminis commissi finis, quem Rex vel princeps intendere debet, est secundum virtutem viuere. Cæteris verò quilibet vti debet, sicut his, quæ sunt ad finem attingendum. Sed hoc ideo cōtingit in his, qui delectationibus superflue innituntur quum huiuscemodi voluptates ad iam dictum finem minimè ordinentur, immò vt finis quæri videntur.

Agendum nunc est de quibusdam, quæ ad principem in relatione ad subditos pertinent, vnde regimen placidè gubernetur: & licet

in

in superioribus * aliquo modo in genere tactum sic, in specie tractandum est, ad maiorem declarationem eorum, quæ per principem agenda sunt. Primum quidem, vt lingulis regiminis partibus naturalibus abundet diuitiis, quas sic Aristoteles vocat, vel quia naturalia sunt, seu quia homo ipsis naturaliter indiget: vt sunt campi, vineæ, oliueta, pascula, syluæ ceduz, nemora, viuaria diuersorum animalium & auium, armenta q; & greges. Hinc Salomon ostendens sui regiminis magnificentiam, Aedificauit, inquit, mihi domos, plātaui vineas, feci hortos & pomaria, quæ conserui cuncti generis arboribus, & ad irrigandum hortos, syluam lignorum germinantium, piscinas extruxi. Cuius quidem generis ratio multipliciter assignari potest, vna sumitur ex parte vsus ipsius rei, qui delectabilior quidem in re propria, quàm in aliena videtur esse: secunda sumitur ex parte ministrorum principis. Si enim ad subditos & vicinos pro necessarijs vitæ principis recurrere ipsos oporteat, oppressiōibus præstatu causa, & in subditis scandala generantur, vel ex eorum commerto, in quo aut lædit avaritia, quæ ementem vendentemue comitatur, vel fraus conturbat. Tertia ratio ex parte rerum venalium accipitur, quæ vt in pluribus, carent sophismate: vnde tantæ non sunt ad nutriendum efficaciz, quemadmodum propria. Ideo in prouerbijs ait Salomon. aquam cisternæ tuæ

F 5

bibe.

66.

Non est absolum in specie tangere, quæ in genere disti sunt.

67.

Expede principem diuitijs abundare.

hibe. Sunt etiam propria ad victum pertinetia, maioris ad sumendum securitatis. Hoc exit principis magnificentia, ut transeuntibus largius promptiusque præbeantur. Quod fit, si prædictis abundant principes. rursus quia Natura ex opere suo delectatur, dum considerat nouum continere procedendi modum in actibus suis, siue in viuendo, siue in generando, siue in parturiendo, ex quibus in dominis admiratio cõsurgit, & inde delectatio. Quod autem educatio delectationis sit causa, * probat Pharaonis filia, quæ Moysen nutrire fecit, quem postea in filium adoptauit.

Debent præterea lequitatu ornati esse principes, ad decorem, & pro defensione contra hostes. Aptiores enim expeditioresque redduntur, si equita eorumque armenta habeant, quemadmodum de Salomone rege scribitur.

Necessaria pariter sunt principi * aurum, argentum, & cætera metalla, sine quibus oportune regere & bene imperare non potest. Est enim (ut Philotophus ait) nummus futuræ necessitatis quali fidei iussor. Principem igitur pecunijs abundare oportet, quo possit in necessitatibus sibi providere, & subditis succurrere. Ad populum enim sic se habere Princeps debet, ut ad oues pastor, & ad filios pater.

Quamobrem ex ærario publico frumentum in terra Aegypti emit Pharaon, quod ingruenti fame, secundum Iosephi prudentiam, ne peri-

periret populus, distribuiffe legitur. Aerarium enim principis stomacho comparatur: ut, sicut in stomacho recipitur & ad membra diffunditur cibus, ita principis ærarium pecunijs repletum, iuxta necessitatem, in subditos diffundi debet. Turpe est etiam, & dignitati principis minime consentaneum, à subditis mutuum pro necessitatibus sumere. Ad hæc, quum pecunia sit nouus belli, oportet ærarium principis plenum esse pro stipendijs militum, pro constituendis vel firmandis contra hostes præsidijs. Sunt igitur quæ præscriptimus necessaria principi, non ad ostentationem factum ius, sed ad sui suorumque sustentationem.

Necessitate quoque vrgetur Princeps, ut nec cessarios ministros habeat, qui ad regimini sunt completum, sine quibus dominium subsistere nequit, & per quos pro personarum gradu exercentur officia, distribuuntur opera, & necessaria administrantur. Quod si benigni & fideles contigerint: acceptissimi principi esse debent, dicente Salomone, Sic ut anima tua tibi sit fidelis seruus. Hinc est illud Claudiani.

Ut fortes in Marte viros * animisq; paratos:
Sic iustos in pace legis, longumq; tucri s
Electos, crebris nec succedentibus vrges
Iudicibus. Notis regimur, fruimurq; quietis.

Est etiam Reip. periculosum, ad magistratuum pauperem assumi. Impossibile enim est, recte

68.
De educatio-
ne.

69.
De equitatu
principis.

70.
Theaurum
principi neces-
sarium esse.

71.
De ministris
principis.

72.
De crebris in
dicum, mutas
opera, & neces-
saria admini-
strantur. Quod si
benigni & fideles
contigerint: ac-
ceptissimi prin-
cipi esse debent,
dicente Salomone,
Sic ut anima tua
tibi sit fidelis
seruus.

73.
De periculo-
sa pauperum
ad magistratu-
m assumptione.

Ari-

Aristotele, egentem bene legitimeq; publicis posse vacare negotijs. nam propter necessitatem inhiat lucris, & à veritate discedit, nec sibi ipsi vacare potest, neq; iuxta Salustij sententiã, in consulendo animũ liberũ habere. Sed hoc concessio, materia datur, vt homines amatores sint pecuniarum quoquomodo, secũdũ philosophũ, cũ natura humana honoris semper sit appetitiua, ad quod ipse philosophus plura adducit, comparans oligarchiam ad aristocratiam. Nam secundum Philosophum, eligitur diues, prout assumitur semper virtute præditus & insignis. Siue ergo pauper, siue diues, modo virtute ornatus sit, in vera politia assumendus est. Hinc apud Romanos virtus ipsa perucit, ne in vilo genere hominum inhonorata esset. Diuitis tamen ad magistratum, (vt ait Thomas) assumptio, minus periculosa est : quia humanæ vitæ sibi adiũnt instrumẽta, quibus officium suũ, salua iustitia subditorũ, honeste exequi potest.

De numismate agendum nunc est, * in cuius vsu regulatur hominis vita, & in regimine boni principis duab. de causis præcipue necessariũ est. Vnã ex parte principis accipimus, ex parte populi subditi alterã. Numisma. n. ornamentũ regis, regni, & cuiuslibet est regiminis, per representationẽ imaginis principis videlicet. Nec alia in re tãta potest esse eiũ memoria claritas, quum per manus hominũ, nihil quod ad principem pertineat, tantum tran-

seat,

seat, frequenterq; versetur, quantum pecunia. Deinde moneta rerum venalium regula est & mensura, eiusq; excellentia adeo relictet, vt imago principis in nummo, sit hominum regula in commercijs. Vnde moneta dicitur mentem monens, ne inter homines committatur fraus, quum debita sit mensura. Iccirco modestus esse debet Princeps in cuedendo mutandotq;, quum in detrimentum populi id cadat, ex quo mensura rerum est. Vnde tantum est monetam mutare, quantũ stateram aliudũ pondus. Hoc autem quantum Deo displiceat, in libro Prouerbiorum clarẽ demonstratur. Ex parte autem populi, necessariũ est numisma, tum quia in comutationibus magis est expedita mensura, & inter populares certior: multi enim sunt, qui alias ignorãt monetas, sicq; facile principes decipi possent, quod est contra formam regalis regiminis. Quãobrem temporibus Cæsaris, in toto terrarum orbe numisma vnum erat. Hinc contra Phariseos prolato numismate, Cæsaris imaginem profitente, respondit Christus: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Et quum multis modis populos in hac re crudeliter implicari quotidie videamus, operæpretium erit, si curam diligẽtiamque huiuscemodi in negotio adhibueris, non tantum circa pecunias sub tuo nomine cuedendas, iuxta inclitæ domustæ institutum, verum etiam circa forenses & extras, quæ

in

74.
De moneta et
cura circa illam
per principem
habenda.

in ditionem tuam expendendæ importan-
tur: ne Respub. aliquid detrimenti accipiat,
prouidendo. Huiusce rei populi Rom. præci-
pua cura fuit. Ideo quamuis belli Punici tem-
pore, argenti ærisq; ratio nummaria, opibus
Romanorum accisis, imminuta fuisset, bello
finito statim in pristinum, vt Festus auctor est,
rediit.

75. *De correctio-
ne & refor-
matione abu-
sum.* Quæcunque igitur in perniciem publicam,
aut ex mala consuetudine, licentiaue bellorū,
aut etiā pacis indulgētia, introducta reperies,
corrigere & reformare, etiā D. Adriani exemplo,
qui edictū suū, quod sub occasione vicissimæ
fisco præstandæ, bellorum temporibus intro-
ductum fuerat, pace succedente sustulit: nec
non Octauij Cæsaris, quem præcipuo studio
diligentiq; cura circa correctionem & refor-
mationem abusuū intentum sollicitumq;
fuisse, historici referunt. Vt etiam Senatorum
affluentem numerum deformi & incondita
turba, cecant enim supra mille, vt Suetonius
testatur, & quidam indignissimi, & post mor-
tem Cæsaris, per gratiam & præmium alle-
cti) ad modum pristinum & splendorem re-
degit. Imitandi enim sunt prudentes medici,
qui leues morbos leuiter curant, in periculo-
sis ægrotudinibus amaras & asperas adhibent
medicinas. Abscindendum est omne, quod
Christi nocet Ecclesiæ, quodq; publicæ utilita-
ti, ac honestati aduersatur. Omnes abusus
refecandi sunt. messē magnam inuenies.

Dum

Dum enim principes inter se belligerant (vt
Plautinè loquar.) mores interim mali, quasi
herba irrigua, vberimè succreuerunt. Quod
igitur per oportunitatem & occasionem
malorum temporum perperam, per gra-
tiam, aut vrgente necessitate introductum
fuerit, id melioribus temporibus succeden-
tibus, aut sublata exigendi necessitate, tol-
las, & populis superiorum temporum dama-
na, quoad fieri possit, refarcire cures. Quæ si
opere compleueris: placatus cœlestis rex,
qui non deserit nisi deseratur, inclytam do-
mum tuam iuuare, conseruareque non de-
sinet.

76. *De ponderi-
bus, & men-
suris, ad bo-
num regimen
necessarijs.* Tractemus nunc de ponderibus & men-
suris, quæ ad cuiuslibet dominij regimen cō-
seruandum necessaria sunt, quemadmodum
numisma. Eis enim tributa soluantur, lites
diminuuntur, in emptionibusque ac vendi-
tionibus fidelitas seruatur, quinimmo magis
imitantur actionem naturalem, quàm numis-
ma. Vt enim scriptura ait, Deus omnia dispo-
nit in numero, pondere, & mensura. Si igitur
creaturæ omnes tribus his limitibus
terminantur: pondus, & mensura à natura
magis originem videntur trahere, quàm nu-
mismata, ideoq; necessaria magis sunt.

77. *De elemosin
zarari na & elemosina* Est & aliud, quod ab bonum cuiuslibet
principis regimen pertinet, vt ex communi

*Synonyma praefata
sunt, quos in
lectio synonima
non nunciat
patet.*

arario deputetur per principem, qui necessitatibus pauperum, pupillorumque & viduarum praesit, quique aduenis & peregrinis assistat. Si enim natura, ut ait philosophus, in necessarijs non deest: minus & ars, quae naturam imitatur. Inter omnes autem artes, viuendi & regendi ars superior est & amplior, ut in Tusculanæ quaestionibus scribit Cicero. Reges ergo & principes indigentibus deesse non debent. Præterea Dei vices in terris gerunt, qui per eos mundum gubernet Deus, sicut per causas fecundas. Sed curam pauperum præcipue Deus habet, sic circa indigentem agens, ut patet erga impotentes filios, quorum diligentior sollicitudo, propter maiorem necessitatē, habenda est. Sunt igitur principes, sicut vices Dei in terris gerentes, ad supplendum defectum pauperum debitores. Hinc ad Alexandrum inquit Aristoteles: Debilius miserabiliumque personarum necessitatem inquire, indigentibus subueni, & necessaria ad victum subditorum tuorum indigentiae temporibus subsidia, ut cum sterilitatis famisq; venerit annus, tuis subuenire valeas. & tunc scient omnes, oculos tuos procul videre. Propter quod clementiam mirabuntur tuam, & ab offensione eiusdem maiestatis cauebunt. Unde ab historicis merito laudatur Iulij Cæsaris industria, qui bellis Germanicis intentus, ne populus fame laboraret, et Romam reuersus, ad conquirendum frumentum necessitatibus

78.
Succurrendum est populo in necessitatibus suis.

bus populi succursurum, nauigia per frugiferas insulas sedula intentione disperferit, nec minus Augusti Cæsaris, qui frumentum in annonæ difficultatibus leuissimo pretio, interdum nullo vitium populo distribuit. Horum exempla, & inclitæ domus tuæ institutum amplectere. Nam (ut Plinius ait) honestissimum est maiorum vestigia sequi, si modo recto itinere præcesserunt. Pauperum igitur & populi necessitatibus succurre, & adiuuando præueni. Sic iuxta tui nominis etymologiam, *eris nobis Emanuel in terris, id est nobiscum Deus, sic & eris verè nobis Philibertus, id est, erga subditos tuos abundans animor. Et quibus indignus es nominibus, conscientia rebus erant. Socrates & Plato veri philosophi, magistratus & officiales in sua politia constitutos, perpetuos esse voluerunt, imitantes naturam, quæ immutabilis fere est. Item quia experientia facit artem, & in experientia casum, scientia rei militaris audaciam nutrit. Nemo enim facere metuit, quæ se bene didicisse confidit. Ex quibus liquet, quod si fiat mutatio magistratuum, interdum in expertus assumitur, ex quo multi contingunt in politia errores. Meruendum etiam est, ne noui magistratus plus damni pauperibus illaturi sint, quam qui iam longo tempore regentes pleni sint, vacui autem & cupidi de nouo eligendi, quos habendi necessitas premit. Unde Tiberius Cæsar magistratus diu perseuerare

79.
Quando maiorum ceditur vestigia, seu

80.
Emanuel, id est, nobiscum Deus.

81.
Philibertus, hoc est, amor abundans.

82.
Vtrum expectat rectores & magistratus perpetuos esse.

patiebatur. Quapropter, vt Iosephus de bello Iudaico ait, per duos præsidēs, Gratū vide licet & Pilatū, recta gubernataq; sub illo Iudæa fuit. Hinc est illud Claudiani in laudem Honorij, Crebris, nec succedentibus vrge ludicibus. Sed Romani post regum expulsiōnem, Cōsules statuerunt, vt nec insolens diu maneret magistratus, & moderatior cito succurreret. mutare enim aliquādo dignitatem, & magistratus personis idoneis distribuere in ciuitate & quacunq; politia, maioris pacis causa est. Interdumq; contingit, personam ad dignitatem assumptam, in gradu suo virum esse virtute insignem, sed post reprobis accedere. Et vni magistratum dare, causa seditionis in multitudine quandoque est. alij enim videntes se omnino statu carere, si viriles & animosi sint, ad discordias ciuium nituntur. Laudabilis est igitur politia, in qua secundum merita ciuib; vicissim tribuuntur honores. quod etiam Philosophus magis laudat. modo tamen eligatur expertus, probus, & integer, qui velit, & possit bene regere & gubernare. quibus concurrentibus, cessant quæ Socratem & Platonem ad faciendum contrarium mouebant.

Senatum verò in templis veteres Romani cogere assuevere: postea increbuit mos, vt extra urbem haberetur. Demum, quod ad maiestatem resque agendas præstabat, propria huic muneri tecta haberi voluere, quibus

bus fessi ætate patres, neque viæ prolixitate detererentur, neque loci incommoditate prohiberentur, quo minus vt conuenirent frequentes, & vna diutius adessent. Itcirco Curiam Senatoriam in vrbe locauere, vt patres ipsi, vt ferme omnes erant natu maiores, admodum religioni dediti, salutatis Dijs, non intermissa opera, à templo ad negotium se possent opportunè transferre. Et si quando aut legatos, aut principes exterarum gentium dari copiam Senatus peterent, & Rep. reuerentiaque erat, locum habere, vbitum pro dignitate & hospitis & vrbis, præstolantem exciperent.

Laudant Cicero & Suetonius & Xenophon Pompeiū, Augustū & Agestilautm, quod ad eos faciles essent aditus. Obseruandū est enim præcipue principi, vt in aduendo quidē se facilem præbeat, contemni tamen se non patiat. Sic enim Plinius in laudem Traiani, Nulla in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora: aduunt statim, dimittuntur statim: tandem principis fores exclusā legationum turba nō obsidet. Nihil. n. tam alienum est à principe, nec quod aliorum in se odium tātoperere conciret, quam asperitas, & ea quæ morositas dicitur. Contra verò in omni vita maxime laudatur comitas grauitate temperata. Patri, præclarissimisque maioribus tuis hac vna re possimum benevolentia hominū conciliatā perhibent. Circumspice, Augustū

2.1.
De aditu ad principem facile præstato.

83.
De curia senatoria.

ne initari velis, an Traianum, an verò maiores tuos. † Hæ sunt quidē partes regis, subditorum audire querelas, omniumque te ad euntium negotia decidere, lites componere, ac desiderijs mortalium satisfacere, ex duabus auribus, Alexandri magni exemplo, vnam accusatori, reo alteram præbere. Philippum Macedonũ regem ex longi subseſſij (vt Pomponij Ciceroniſq; verbis vtar) iudicatione mora tædio affectũ, dũ abiret, ab anu paupercula, vt causam suam expediret, interpellatũ, cũ respondisset Rex, ocium sibi non esset, & clamasset anus, noli ergo imperare: admiratum Philippum, & cum dicto (vt Apuleiano vtar verbo) resedisse legimus, & non modo illam, sed alias quoque causas cognouisse. Et Vespasianus quum graui morbo vexaretur, & tamen lecto decumbens legationes audiret, amicis ad monentibus vt sibi parceret, respondit, Oportet Imperatorem statem mori, hoc est, in audientibus cautis, & negotijs componendis, rebusque vigilantem, strenuum, & rectum ad extremum vsque vitæ esse oportere. Verum vt quid tibi Cæsarium & regum exempla citamus? Audi Hieronymum super Hieremiam dicentem: regum officium est proprium iudicium facere atque Iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos & peregrinos, pupillisque & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Peccatq; princeps secundum

sacer

sacræ paginæ doctores, si querelantibus audientiam non præstet. Honor regis (vt inquit Dauid) iudicium diligit. Ideo de ipso scriptũ est, quod iudicium atque Iustitiam faciebat omni populo. Propter ea etiam Salomon, ad discernendum iudicium sapientiam postulat à Domino. Quum igitur per ætatem licu erit princeps inclyte, horas habebis statutas, quas audiendis controuerſijs, querelis, & desiderijs te ad euntium impendas, ne te querentes totos dies conterant, dum colloquium aucupantur tuum. Quod & Theodosium Imperatorem solitum facere perhibet, vt die quidem aut exerceatur in armis, aut de subditorum negotijs certis horis iuri dicendo decerneret, nocte verò libris incumberet.

Lucubratio principem decet * & Remp. gubernantes. Hinc Traiani, Catonis Vticenſis, Bruti, & aliorum laudata vigilantia. Vnde eius, qui Reipu. præſidet, triplicem esse curam oportet, ne subditos labi permittat, vt lapsos in viam reducat, tertiam, vt malo affixos & incorrigibiles ita coerceat, vlciscatur, exterminet, vt eorum pœna reliquos à peccato deterreat. Sic legum latoribus placuit Latinis, Græcis, Hebræis. Et quemadmodum scribit Homerus, curpe est eum, cuius tutelæ populi commisi sunt, totam noctem dormire. Nullum mare tempestates tam graues & asiduas habet, quã regnum Principum. Ita que semper vigilandum est, sibiq; prouiden-

G 3

dum

85.

De partibus regis.

86.

De necessitate audiendi principis.

87.

De horis statutis, quæ principi habere debet, ad præstandam iudicantiam.

88.

De negligentia principis & Rempubli gubernantis.

dum subditos fore pacificos, pudicos & modestos. Vt enim melior est medicus, qui morbum excludit & arcer quam qui pharmaciis expellit acceptum: ita laudabilis est obuiam ire sceleribus, ac operam dare, ne facinora patrentur, quam perpetrata punire.

89.
*X. audibilis
 est principem
 occurrere da
 licitū perpetrā
 diū, quam cō
 missa punire.*

Hinc solent iurisperiti dicere, melius esse intacta iura seruare, quam post vulnus illatum remedium adhibere. Sapientis est, inquit etiam in Philippicis Cicero, quicquid homini accidere possit, id præmeditari: ferendum modicè, si aduenerit: Sed maioris esse omnino consilij, prouidere nequid tale accidat. Multa tibi debet populus, et tu pariter populo plura debes. Tibi populus cæsum debet, debet obsequium, debet honorem. Sed tu vicissim populo debes bonū & vigilantē principem, & ab oppressiōibus strenuum defensorem.

90.
*Non conuenit
 à sermone
 principis quē
 piam tristem
 discedere.*

Neminem à te tristem discedere permittas. Sic Titum Vespasianum semper fuisse solitum facere scribunt Historici, summopere curasse, ne quē sine spe dimitteret. Quin etiam ad monitionibus domesticis, quasi plura polliceretur, quam præstare posset, non oportere respondit quenquam à sermone principis tristem discedere. Ego tamē princeps optime, te hortabor vnum, vt aliud stans, aliud sedens sentias. Nihil est enim quod lumine clarius præfulgeat in principe, quā recta fides. Ideo inter præcepta Aristotelis ad Alexandrū præ-

præcipuum illud est, fidem esse seruandam. quoniam omnem infidelitatem malus con-
 sequitur finis. Quod si in fide & fœderibus in-
 fringendis boni aliquid eueniat: ipsam tamen
 speciem mali, exemplum reprobū & de-
 nere malorum scias. Itaque, inquit Aristo-
 teles per fidem hominum congregationem
 fieri, & ciuitatum habitationem, virorum cō-
 munio nem, & regum imperium per fidem ac
 castra teneri, ciuitates seruari, reges domina-
 ri. Si quidem tollas fidem, cuncti homines ad
 statum pristinum reuertentur, brutorum vi-
 delicet, instar. Caue ergo, subiungit Philoso-
 phus, fidē fallere. Regni Syriorum destructi-
 onis causa fuit, quod Reges iuramentis ad
 fraudem utebantur, hominum & pro-
 ximarum ciuitatum deceptionem: fœdera
 quæ pro salute humani generis percussa fu-
 erant frangentes, abutebantur iniqui illi iura-
 mentis in perniciem proximorum. Ideo iu-
 stissimi iudicis æquitas eos amplius sustinere
 non potuit.

Nec vnquam, vt ad Traianum dicebat Pli-
 nius, deceptus est princeps, nisi qui prius ipse
 decepit. Nihil hercle turpius, nihil magis
 in principe detestandum, quam violatæ fidei
 querela. Tanta est equidem fidei vis, vt et-
 iam hosti data seruanda sit. Hinc Agesilaum
 Regem laudat Xenophon, quod fœderum
 & conuentionū magnus esset obseruator etiā
 infidis ac mentientibus, quo effecit, vt Gra-

ci Barbariq; audacter secum conuenirent. In principe equidem, tanquam in fonte Iustitiæ, constans uoluntas debet esse, cui illud conuenit, quod semel locutus est Deus, Quod scripsit, scripsi. Ideo principes habere debent vnum calamum, & vnam linguam. Scriptum est enim. Irrita non faciam, quæ de labijs meis pro cesserunt. Quæ igitur promittas, & cui promittas videto, diligenterq; cõsideres, cum quo contrahas: sed postmodum tenaciter contractum obserua. Iustitiæ enim consentaneum & conueniens est, etiam principem obstringi, teneriq; ad obseruantiam contractus ipsius, licet cum subdito celebrati. Quod si feceris: nihil tibi deerit. ab exteris quæ fieris inuenies: subditorum vero facultates ad manus habebis. At si de facto contrahens, fidem non seruaueris: hoc lucraberis, quod nõ inuenies qui tecum contrahere velit: sicq; eris omnium exul, qui debes esse omnium præful. Quandoque tamen melius est fidem non seruare, quam pollicitis stare: quum res honestati puta repugnat, aut publicæ utilitati reluctatur: vt, si facinoroso homini, qui aliter illaqueari non poterat, fides data non seruaretur. Huiuscemodi tamen factum aliquo colore palliant principes, Lysandum imitantes, qui censebat vulpis pellem assuendam, quando leonis non assequerentur. Nam pueros talis, viros autem iureiurando decipiendos esse dicebat.

Et

Et quia à malis quædam aliquando bene aguntur, per principem tenendus est modus, vt appareat auctorum nõ displicuisse factum, quemadmodum ad Traianum Plinius scribit. Hinc AEschines, acerrimus oratorum, qui apud conciones Atheniensium floruerunt, in oratione illa seria & criminosa, qua Timarchum de impudicia grauitè accusauit, nobile & illustre consilium Lacedæmonijs (vt ait Gellius) de disse dicitur. Populum, inquit, Lacedæmonius de summa Repub. sua, quiddam vile & honestum esset, deliberabat. Tum exsurgit sententię dicentię gratia homo quidam turpitudinis pristinæ vitæ defamatisimus, sed lingua tunc atque facundia nuniũ quanto præstabilis. Consilium quod dederat, quod que oportere fieri suadebat, acceptum ab vniuersis, & complacitum est, futurumq; erat eius sententia populi decretum. Ibi vnus ex illo principum ordine, quos Lacedæmonij ætatis maiestatisq; dignitate, tanquam arbitros & magistrōs disciplinæ publicæ verebantur, commoto iratoq; animo exiit, & quænam, inquit, Lacedæmonij, ratio, aut quæ tandem spes erit, urbem hanc & Rempub. saluam inexpugnabilemq; diutius esse posse, si huiuscemodi antea vitæ hominibus consiliarijs vtentur? Quod si proba isthæc & honesta sententia est: quæso vos, non sinamus eandem de honestari turpissimi Auctoris contagione. Et vbi hoc dixit, elegit virum fortitudine at-

G s que

92.
De obseruan-
tia contractus
vni principis.

93.
De poena in-
fidelitatis
principum.

94.
Quomodo re-
cipienda sint
benefacta di-
ctaque à ma-
lis et turpi-
bus aulicorū
vni.

que iustitia præter alios præstantem, sed inopi lingua & infacundum, iussitque cum consensu omnium, illam eandem sententiam cui iusmodi posset verbis dicere, vt nulla priora mentione habita, scitum atque decretum populi ex eius vnus nomine fieret. quod ipsum denuo dixit. Atque ita, vt sua ferat potentissimus senex, factum est. sic bona sententia māsit, turpis auctor mutatus est.

Parua munera tibi quandoque oblata, placide ac benigne veluti magna, honorum principum exemplo, suscipias, animum dantis potius, quam rem datam respiciens. Etiam Phobos, vt Tibullus ait, Gratiſſima dona Ceres tulit: exigua tamen erant. Hinc in Epistolis Hieronymus ait, pauperulam viduam, quæ in gazophylacium duos denarios misit, cunctos superasse locupletes in oblatione munerū Dei, quæ non pondere sui, sed offerentium voluntate pensatur.

96. Adulatores omnium animalium domesticorum, secundum Taletem Milesium, pessimi sunt: hi tamen hisce temporibus vel maxime qualibet in Curia regnant. Videntes enim homines melius adulatoribus, quam reſta monentibus succedere, ad nugas se conuertunt, & quæ placent loquuntur. Crescentibus nempe flagitijs hominum, creuit & veri odium: regnum blanditijs ac mendacio datum est. adulantur sacrifici, assentantur medici, consiliarij haud satis amice consulunt, neque

que libere monent Magistratus, proceres certatim Principis fauorem ambiunt, & ad gratiam fere semper loquuntur. Qui à sacrosanctis confessionibus Principibus sunt, liberè & audacter vix officio funguntur suo. Quod si facerent: hercle meliores forent principes. Ita fit, vt dum quisque suis commodis studet, publica negligatur utilitas. Hi sunt, qui vt Terentius ait, ex stultis solent in sanos facere. A tuo conspectu Excellentissime Princeps, abige & expelle huiusmodi hominum genus. Nam vt Polypus ad speciem subiecti foli colorem permutat: ita assentatores ad voluptatem audientium variant sententiam. Laudas Iustitiam, & ipsi etiam laudabunt, si id placere audientibus intelligant: vituperabunt, si his, apud quos loquuntur, iniurias esse gratas cognouerint, nec ab Aegypto illo Sophista differunt, qui & arbor siebat, & aqua, & fera, & quicquid liberet. Traianum aliosque honos princeps conspice. Ad aures tuas, Traiano scribens dicebat Plinius, cum cæteris omnibus, tum vel maxime adulationibus obstructus est adieus. Silent ergo & quiescunt, ac postquam non est cui suadeatur, qui suadent, non sunt. Fugienda est pœnitentis adulatio, quam doctissimi viri vrbium regnorumque pestem esse dixerunt. Hercle si in pœnis mali dati rationem conuenit expendere, plus lædit Rempubli. pestilens principis adulator, quam alius quiuus criminofus.

Vbique custodienda est veritas, quæ licet ad præsens in suavis sit, tamen cum fructus eius atque vilitas apparuerit, non odium pariet, vt ait Poeta, sed gratiam. Antigonus vnus ex successoribus Alexandri, qui regnavit in Asia, inter venandum mutata veste, relictis comitibus, apud agrestes homines errabundus, in vilis tugurio pernoctavit incognitus. Ex quum de seipso tanquam de altero percunctatus astantes, omnia quæ fecerat, mala ab eis audiuit, mane quæritus atque iuuentus, quum vestem allatam atque regium ornatum vidisset:

97.

Principes vero verum audiunt.
Date, inquit, purpuram, quam vt primum indui, verum de me, nisi in hac nocte, nunquam indui. Mortuo propterea Varro ne, Augustus plurimum se dolere profitebatur, quia non esset à quo verum audiret. quamuis qui verum audire vult, facile inuenit, à quo audiat. Principi igitur nihil gratius, nihil charius verita esse debet: quia sola est veritas principi princeps, cui resistens, Deo resistit, quum Deus ipse veritas sit. Vnde à maioribus nostris sapientissime, vt Pontanus ait, institutum est, vt Evangeliorum liber, quo diuina continetur veritas singulis diebus principi osculandus offeratur, quum in re diuina adest, vt ex eo colenda veritas admoneatur, meminerit studiosissimum se eius esse debere, qua sola inspecta iudicat bonus princeps. Nec enim processibus est obnoxius, qui processuum nodos stringere potest & soluere: nec vllus est (vt Lactan-

98.

Quare eius generis liber principibus osculandus offeratur.
tius

tius ait) suauior animo cibus, quam cognitio veritatis. Cuius tanta vis est, vt contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, contrarij factas hominum insidias, facile semper seipsum, teste Cicerone, defendat.

Mali mores principis non tantum sibi, sed omnibus damno sunt. populi enim, omnes & actus & habitus illius imitari student. Ita verisimium est, nullos magis Reipub. nocere, quam qui exemplo nocent. Vnde Cicero in tertio de legibus, non tantum, inquit, mali est peccare Principes, quanquam est malum per se ipsum malum, quantum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Spargitur in vulgus quicquid ab ore principis exit, & sicuti quum benefacit, plurimorum vitæ, & salutis consultur: ita principis error ad multorum perniciem pertinet. Vtq; in corporibus, sic in Imperio grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur. Nutabit, vt sacri testantur Canones, totius familiae status, quum quod in membris quaeritur, in capite non inuenitur. Proinde summam curam eum habere oportet, vt ea quæ facit & loquitur, virtutem sapiant, & honestatem præ se ferant, seque cogitet velut in amplissimo theatro consistere, totius orbis oculis in vnum coniectis: nihil ab ipso plebeium aut vulgare expectari: in exemplum rapi, quicquid dixerit, aut fecerit. Esti etiam histriones habet sollicitos, quomodo susceptæ fabulæ, quomodo theatro respon-

99.
Quantum malis affectis reprobis principis mores.

spondeant, quanto magis curæ principibus esse debet, vt dignitati suæ, & orbis expectatio ni respondeant? Non enim queritur regnum propter se, sed propter bonam famam. Si itaque in aspectu tantum religiosum se ostēdat, & in operibus sit malefactor, quum difficile sit iniqua principis opera celari, à populorū ignorari, reprobabitur à Deo, contemnetur ab omnibus, actus sui infamia notabuntur, diminuetur Imperium, & gloriæ carebit honore. Quid plura? non est thesaurus, vt ait Philosophus, qui bonam famam redimere sibi potest. Bonus princeps, vt Plutarcho placuit, * viuum quoddam est Dei simulacrum, qui simul & optimus est, & potentissimus: cui bonitas hoc præstat, vt omnibus velit: potentia, vt quibus velit, possit quoque. Malus autem Princeps, vt quidam dicunt, mali dæmonis imaginem representat, cui multum adsit potentia cum summa malicia coniunctum, quū ad calamitatem humani generis omnia cogitet faciariq.

100.
Bonus princeps, Dei simulacrum est: malus vero, diaboli

101.
De auaritia, que in principibus est pessima.

Protrahatur in medium auaritia • latentiū indagatrix lucrorum, manifestæ perdx auarissimæ vorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate querendi miserissima. Hicque, vt Plautinè loquar, perpuratis des mihi operam auribus Princeps inclite. Auaritia priuatorum mala est: principum verò longè pessima, & vitium acerbissimum. Cætonis apud Lælium signandum verbum est, auaritiam &

lu.

luxuriam omnia magna imperia subuertisse. Recte igitur Claudianus in laudem Honorij ait: Nec tua priuatis crescent æraria damnis. Et Tiberius Cæsar, vt Suetonius refert, præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus rescripsit, * boni pastoris esse, pecus tondere, non deglubere. Hinc etiam pulchre Sallustius ait: auaritia pecuniarum studium habet, quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus animumq; virilem effoeminat, semperq; infinita & insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur.

Contemndæ sunt quæcunque artes, quæ contra Iustitiam pro vtilitate institutæ videntur, quum à sapientibus viris definitum sit, nihil vtile esse posse, quod non idem iustum honestumq; sit. Quippe habere quæstui Republicam, non modo turpe, sed sceleratam etiam ac nepharium. Itaque quod Apollinem edidisse oraculo legimus, Spartam nulla re, nisi auaricia perituram: non solum Lacedæmonijs, sed omnibus populis, principibus que prædixisse videtur. Et si quis prætorum excutiat annales, & veterum monumenta reuoluat, plerasq; seditiones ex inmodicis exactionibus ortas fuisse reperiet, indeque multorum populorum à suis principibus abalienatos animos. Hinc Syracusanus Hieron quum pecuniam à ciuibus suis exigeret, & tumultuantes eos videret, mutuo

102.
Boni principis est populos non deglubere.

103.
De contemptu artium, etiam pro vtilitate contra iustitiam institutæ sunt.

se

se petere, & restitutum dixit. volentes itaq;
dederunt, & ille perfecto bello restituit. Ex
Marcus Antoninus Philosophus, quum ad
bellum ararium exhaustisset, ne exura ordi-
nem prouinciales grauaret, in foro Traiani
auctionem Imperialium ornamentorum fe-
cit, vendiditque aurea pocula, & crystallina
vasa, ac regia, & vestem vxoriam, & cætera
quæ habebat, tantumq; auri redegit, vt reli-
quias belli Macedonici ex sententia prosecu-
tus, postea potestatem fecerit emptoribus, eni-
pra reddendi pretio restituto: nec molestus
vlli fuit, qui vel non reddiderit empta, vel red-
diderit. Princeps, qui Reipub. malis aicitur, qui
gaudet inter ciues factiones & dissidia se-
rere, simultatesque casu forte obortas alit, &
prouehit, qui nihil aliud agit, nec cogitat,
quàm vt plurimum pecuniarum à subditis
emungat, & extorqueat, nec modum nec fi-
nem habet, sed indices magis nouas exigendi
vias excogitat, & quicquid semel per occasio-
nem temporis perperam introduxit, mordi-
cus retinet, nihilque se indignum existimat,
vnde colligatur emolumentum, & quod est
odiosius, per insolentes ministros exercet:
potius prædo, quam princeps dicendus est.
Quum enim Respubli. corpus quoddam sit
ex varijs membris compactum, in quorum
numero sunt principes ipsi, licet excelsi: ea
moderatione vri debent, vt omnibus consu-
lant. aliterneque pars sunt Reipu. neque prin-
cipes

cipes, sed prædones: & si aduleretur illi sua artas,
non assentabitur posteritas, quin qualis fuerit
demonstret, quemadmodum in Nerone, Ca
ligula, Helio Gabalo, & his similibus vides, ^{104.} *Esse sua etas*
quos viuos nemo offendere, nemo tangere *principi adu-*
audebat, inde tâto odio posteri infecuti sunt, *letur, non as-*
tanta libertate detestari illorum malefacta, vt *sentantur*
nomina quoque populis sint exosa. Liber o-
enim iudicio de rebus vitæq; hominû posteri-
tas vitur, quæ nec vituperare improbos ne-
tuit, nec laudes inuidet benemeritis. Qua qui-
dem ita re, magna est, vt videmus, prærogati-
ua principibus, immo vere necessitas impo-
sita bene gerendarum rerum, si iudicium ho-
minum & famæ apud posteros æternitatem
sperare velint. Nam in cæteris quidem humi-
lioribus, magna vi ac virtute opus est, vt in
lucem emergant, & eorum peccata suæ sor-
tis obscuritate teguntur. In principibus verò
& magnis viris probitas, siue quod rara sit in
multa fortuna, ac propterea magis admirati-
oni habetur, siue quod ex fortunæ splendo-
re magis illustre ur: ea vel si modica, præ clara
atque insignis habetur: malefacta autem nec
latere, quamuis secreta, possunt, nec cognita
diu taceri. Illi enim ipsi, qui aut ministri sunt
voluptatum, aut socij criminû, conscijq; fa-
ctorum, efferunt, & primi damnant. In sum-
mo autem rerum discrimine, ad defensionē
patriæ; ac iniurias à subditis propulsandas,
nec prophanis, nec sacris rebus, vt inferius di-

cemus parcitur. Sed si iustapricipi necessitas
 imminet, quis illi ferre supplicias negabit?
 quum viderint homines principem verè ne-
 cessitate vrgeri, non autem solitis technis &
 simulationibus agi, quæ populis odiosæ sunt,
 & à bono principe tanquam infames reij-
 ciendæ? simplicitas enim naturæ amica est,
 Bono principi nihil deesse potest. * Id quod
 apud Xenophontem Cyrus Cresus ostendit,
 quum ab eo admonebatur fore, vt in multa
 largitione pauper fieret, quum liceret ei vni
 viro auri quam plurimos thesauros domi po-
 nere. Si à principio regni mei, ad Cresum ait
 Cyrus, aurum vt vis collegissem, quot iam
 mihi pecunias futuras arbitaris? Et magnum
 quidem numerum respondisset: age, inquit,
 Cresus, mitte virum cum hoc nuntio. Cui a-
 micos suos adire iussit, nunciareq; Cyrum
 auro egere, sibi que præberent pecunias, quas
 singuli possent: inuenisse que plures pecunias
 pro se paratas, quam Cresus dixerat. Tum
 Cyrus, videlicet Cresus, ait, mihi quoque The-
 sauros esse, quos si penes me, vt cõsulis, habe-
 re, & inuidiæ & odio essent, ac fidem merce-
 narijs custodibus, quos his præficerem, habe-
 re cogeret. At ego dum amicos diuites red-
 do, hos mihi thesauros esse puto, & custo-
 des simul cum mei ipsius tum meorum bono-
 rum longe fideliores, quàm si stipendiatos præ-
 fecissem. Sic enim suos charitate deuinctos
 habebat, vt non modo pecuniam pro se, ve-

105.
 Bono principi
 nihil deesse.

rum etiam vitam impendere, quum foret o-
 pus, necesseue, non vererentur. Verè itaque
 in silco suo esse dicebat, quicquid eius subdi-
 ti possiderent, nec malè arbitabatur. omnia
 enim, quæ possident incolentes ciuitates, id
 proprium est bene fungentium principatu.
 Felicissimosque Cyrus opinabatur, non
 qui plurimas pecunias haberent, sed qui
 & comparare plurimas iuste possent, hisque
 honestè vt. Multi enim opibus abundant,
 qui diuitias non possident, sed à diuitijs
 sunt possessi, vt de Ptolemæo Cypriorum
 Valerius Maximus scribit, quem propterea ti-
 tulo insulæ regem, animo autem miserabile
 mancipium esse dixit. Hoc igitur exemplum,
 ait Seneca, principi constituam, ad quod for-
 metur, vt se talem esse ciuibus & subditis su-
 is, quales sibi esse deos, velit. Hunc Antoninus
 Pius, optimus proculdubio princeps, tâ ta sa-
 nè diligentia subditos sibi populos rexit, vt
 omnia & omnes, quasi sua essent, curaret. id-
 eo vniuersæ sub illo floruerunt prouinciæ.

Est etiam boni principis prouidere & cura
 re, vt quæ iniuria temporum, & bellorum for-
 te calamitate introducta fuere, sublata exigen-
 di necessitate tollantur. Quinimmo cauebit
 verus princeps, * exemplum pestilens, quod
 semel introductum aboleri haud facile que-
 at, introducere.

Domitianus fiscales calumnias * magna ca-
 lunniantium pœna repressit, ferebaturque

106.
 Ad quod ex-
 emplum for-
 mare se debet
 at princeps.

107.
 Cauendū est
 principia emul-
 to et pestilens
 exemple.

108. *De delatori-
bus.* vox eius, principem, qui delatores non casti-
gat, irritare. Dignum verbum, quod semper
in ore regnantium hæreat. Nunquam enim
(vt Plinius ait) principibus defuerunt, neque
desunt, qui fronte graui, & tristi supercilio
utilitatibus fisci conrumaciter superbeque
adessent, nisi à bono reprimantur prin-
cipe.

109. *De stipendio
indigne acci-
pientibus subs-
trahendo.* Antoninus Pius stipendiâ multis subtra-
xit, quos ociosos videbat accipere, nihil for-
didius esse dicens, immo crudelius, quam si
hi Rempubli. arderent, qui nihil in eam
suo labore conferent. Et Alexander Seue-
rus, ne annonis Rempubli. grauaret, malum
exillians esse Imperatorem, qui ex visceri-
bus prouincialium homines non necessa-
rios, nec Reipub. viles pasceret, palatium su-
um, commeatumque omnem recensuit, &
abiectis ex aulico ministerio cunctis inuili-
bus, neminem, nisi necessarium hominem, in
seruitio suo esse passus est. Sequere Princeps
in clytem horum vestigia, hos imiteris, si glo-
riam laudemque queris. Hæc immortalia sunt,
hæc fama celebrantur, monumentis anna-
lium mandantur, posteritati propagantur,
studeatque plus amari, quam timeri. Omni-
um, inquit Cicero, nec aptius quicquam est
ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi,
nec alienius, quam timeri. Errat longè, nica
quidem sententia, ait Comicus, qui impe-
rium credit grauius esse, aut stabilius, vt quod

110. *De metu
amore subdi-
torum versus
principem.* fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Ma-
lus certe custos est diuturnitatis metus: quem
metuunt, oderunt, inquit Ennius. Charitate
& beneuolentia subditorum magis quàm ar-
mis, pro Ciceronis sententia, sepiù esse Princi-
pē oportet. Opumē igitur scripsit Historicus,
regni præsidia nō aurū, non arma, verum a-
micos esse. Hinc etiam Claudianus: Qui ter-
ret, plus ipse timer. Sors ista Tyrannis Conue-
nit. & alibi, Non sic excubite, nec circumstātia
pila, Quam tutatur amor. Nescio, inquit alius
Poeta, an vlli maiores copie sint, quam ei,
qui plurimum amatur. Philoſophus tamen
in Polycticis, iuxta Perian dei consiliū, aliam
minus honestam viam ostendit, imminente
periculo tumultus in ciuitate, supereminen-
tes ciues auferēdi. Qui itaque superexcellere
videtur, vel propter diuitias, vel propter ami-
cos, vel propter aliam aliquam ciuilem po-
tentiam, extra ciuitatem ad tempus relegē-
tur.

Inter sollicitudines tuis humeris incum-
bentes, illa sit præcipua, vt studium, vniuersita-
temque tuam instaures, honestis que fauori-
bus prosequaris & foueas. Non solum id
magno tibi erit honori, verum etiam com-
modo inestimabili. Quot excellentes Physi-
cos, quot legum vertices, quot Theologos,
quot viros in omni scientiarum genere emi-
nentes, qui mundum sua doctrina illumina-
runt, Turina tua Academia produxit? ne

111. *De cura su-
bditorum
conuener-
ptam.*

equus quidem Troianus, tot inuictos in mare viros tulit. Memineris Augusti, qui sui seculi ingenia modis omnibus fouis, iuuitq. Memineris Caroli Magni imperatoris, quem Historici hac præcipua laude commendant, extolluntque, quod nemo honorum artium studia indulgentius fouerit, quodque propterea Parisiense Gymnasium, & Papiense, viris vndique doctissimis accertis, instituerit. Quis (vt ait Aristotel.) sublimauit regnū Gregorum? quis eorum gesta per totum orbem vulgauit? diligentia certè studiosorum, & sapientum probitas, qui supra modū scientias dilexerunt. Nisi Princeps optime, horum memor & obseruator fueris, doctis viris Rei publicæque tuæ necessarijs carere oportebit, & quod intus tenere potuisses, foris quaerendum erit.

112.
De prodigijs
expiandis

Ac ne illud quidem silentio inuoluendum est, quod Romani, quos velut alteram lucem Dij (vt ait Plinius) nobis dedere, diligentes sollicitique in expiandis prodigijs fuere. quoniam non fortuito moti, sed diuina prouidentia id fieri credebant. Aut igitur libros Sybillinos adhibant, vel Delphos ad oraculum mittebant sciscitatum, quibus precibus supplicationibusque Deis supplicare possent, & eius rei causa modo in triduum, aliquando in longius tempus ferias indicebant imperabātq. per quas omnia delubra pacem Deū poscentium, virorum mulierumque turba,

vt est

vt est apud Liuium, implebantur. Similibus itaque contingentibus, res contemnenda non est, nec expectandum, quod in comedijs sæpe fieri videmus, vt Deus aliquis elapsus è Cælo, cætus hominum adeat, versetur in terris, cum hominibus loquatur. Processiones obsecrationesq. statim constituendæ essent, summaque diligentia, & cura prodigia ipsa expianda, in humilitateque ac bonis in operibus pietatis, & iustitiæ non adumbratæ, Dei placanda ira, quo virgam furoris sui contineret. O quot signa, quot prodigia audiuius, & vidimus, ante hanc bellorum procellam. Equidem vt cum Cicerone loquar, multo ante tanquam ex aliqua specula, futuram tempestatem prospicere potuissemus. Si Dei ira placata fuisset, tantis calamitatibus inuoluti forte non fuisset. Sed inuictæ necessitudinis leges, prodigia iusta æstimatione perpendere passæ non sunt.

Ad principem etiam præcipuè spectat, ne inuictæ, neminem reiicere, sed ad vtilitatem publicam omne repellere, omnium operam accommodare. Hinc Philippus Macedonum Rex omnes, qui in Reipub. vtilitas exigit, bonos publici auctoritate pollerent, cum bonos, tum malos, sibi conciliabat amicos: ac bonis quidem utebatur, malis vero abutebatur. non quod per malos ipse mali quidpiam faceret, sed quod per malos configeret malos, maiora sæpe mala vitando, bonisque plerumque que eo modo consulendo. Nonne etiam

113.
ad principem
ne inuictæ, neminem reiicere, sed ad vtilitatem publicam omne repellere, omnium operam accommodare. Hinc Philippus Macedonum Rex omnes, qui in Reipub. vtilitas exigit, bonos publici auctoritate pollerent, cum bonos, tum malos, sibi conciliabat amicos: ac bonis quidem utebatur, malis vero abutebatur. non quod per malos ipse mali quidpiam faceret, sed quod per malos configeret malos, maiora sæpe mala vitando, bonisque plerumque que eo modo consulendo. Nonne etiam

Deus iustos sustinet & iniustos, malosq; exercet, ad gloriam & perfectionem bonorum? Summopere tamen curare debet, vt benemerentes condignis præmijs, fauoreq; profequaris, legum vero contemptores, contumaces, & rebelles, qui corrigi emendarique nolunt, congruis pœnis supplicijq; afficias. Queamodum enim etiam in superioribus tergis, præmio & pœna Respubli. continetur.

114. *Ex re m. xvi. me est. semper principem. quum potest. in, que in suis aguntur consilijs, interest se.* Adriani, M. Antonini Philosophi, & aliorum bonorum Imperatorum laudale institutum, tibi referendum esse existimaui. ISE- per enim, quum poterunt, his quæ in Senatu agebantur interfuerunt. Rectius enim geritur negotium, vbi præsens ac testis est is, cuius res agitur. hic omnia iusto ordine procedere faciet. Oculum enim domini, vt in veteri est proverbio, saginat equum. Nec tantum res bellicas, verum etiam ciuiles suorum consilio tractant, ordinant, & peragunt boni principes. Nonne prædictorum Cæsarum præcipua semper hæc fuit sententia: æquius est nos tot & talium amicorum consilium sequi, quam vt tot, & tales amici, vnus voluntarem sequantur. Hinc te æstima, ad honesti regulam temetipsum exige, hos miraberis Princeps optime, & ferrato (vt aiunt) non ibis itinere.

115. *Officia apud diu dignos collo.* Alexander Seuerus honorem Iuris, & gloriæ nunquam vendi passus est, quod necesse dice-

diceret esse, eminentem vendere, quomodo- *eanda, non*
cunque damnatum suum sarcire, cauponari- *autem precio*
que administrando, quemadmodum nego- *concedenda*
tiationis consecutus est. Ser. vero Galba *sunt.*
inuitis duntaxat & recusantibus, senatoria & equestria officia dare proposuerat. Hinc de electione Episcopi Leo Imperator agens, dicebat, Queratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto indignus est, inquit, Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Hinc etiam Plato nullum Imperio gerendo censuit idoneum, nisi qui coactus, & inuitus susciperet Imperium. Quum igitur magistratus, & officia conferre volueris, quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Eos asciscas, non qui plurimum emant, non qui improbilissime ambiant, non qui cognatione vel gloria aliqua à te impetrent, sed qui moribus sint integerrimis, & ad functionem mandati muneris apertissimi. Succurrat illud Claudiani in laudem Honorij.

Cumq; suo demens expellitur ambitus auro,
Non dominantur opes, non corruptentia
sensus

Dona valent. Emitur sola virtute potestas.

Hinc ad Nicoclem Regem haud contemnenda Isocratis vox exijt: Ad obeunda ministeria malo viro non vtaris. quæ enim ille dereliquerit, eorum in te transferretur culpa. Et rursus, negotijs, quæ per te non geruntur, vt-

ros eiusmodi præfice, tanquam omnium, que illi commiserint, imputanda sit tibi culpa. Princeps enim non modo in seipso sanctimoniam exhibebit, verum in officialibus suis eandem quoque requiret, haud quaquam ignoraturus, non tantum ab omni vitiorum contagione sibi abstinendum, sed etiam alienam culpam præstandam esse: quæ tamen propria dici potest, quum eligendo, aut constituendo magistratum, à principio peccauerit. Et subditis igitur tuis, quorum tibi aut ingenium, aut fides, vel multa rerum experientia cognita fuerit, alium præficies magistratui, alium belli rebus, alium pacis designabis. Bonis consilio, & Iustitiæ cultoribus urbium aut prouinciarum curam demandabis: probatæ fidei, & ingenij minimè varij, præfices arcibus: administrant pecunijs thesaurisque conseruandis, quos frugibus, diligentes, indutrios, abstinentes seueris. In hos seuerum, in illos facilem, pro causis, ingenij, temporibus, locisque te exhibebis: sciens, summum ius summam interdum iniuriam esse: sæpe etiam magis ex æquo & honore, quam iure agendum, quædam etiam magis ignoscenda esse, quam punienda: nonnulla etiam prætereunda, tanquam ignores, aut in aliud tempus differenda. Callidus, Princeps & prudens dissimulat porro ad tempus iniuriam aut facinus, nec suam statim ostendit iram. Expedi enim regnare volentibus, vt multa plerumque dissimulent.

Totum

Totum Republicæ corpus, * iuxta Platonis præceptum, sic curabis, ne dum vnam partem tueris, aliam deseras. Vniuersos subditos ex æquo tuos esse ducito. Nam qui in ciuitate parti ciuium consulunt, partem negligunt, sed rem perniciosam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Verum si quis omnino delectus sit, eum tibi proximum & coniuncti simum habeto, qui vir sit optimus. Laurentius Medices in Italia, vir suis temporibus magnus & prudens, se ad eum vitæ terminum constitutum cognoscens, quem transgredi minime posse opinabatur, Petrum Medicem filium suum, cui Florentiam Rempub. relicta res erat, euo casse legitur, multa que monuisse, multa præcepisse, plurima edocuisse: inter cætera, Ciues, inquit, mi Petre, successorem te meum haud dubie agnoscent. nec autem vereor, vt non eadem auctoritate futurus in hac Rep. sis, qua nos ipsi ad hæc diem fuimus. Sed quoniam ciuitas omnis corpus est (quod aiunt) multorum capitum, necq; mos geri singulis potest, * memento in eiusmodi varietatibus id consilium semper sequi, quod esse quam honestissimè intelliges, magisque vniuersitati, quam seorsum cuiusque rationem habeto. Semper enim graues & sapientes iudices in rebus iudicandis (vt in orationibus Cicero ait) quid vtilitas ciuitatis, quid communis salus, quid Reipublicæ tempora poscerent, cogitauerunt. Hinc est etiam, quod Socrates

116.

De salubri
Platonis præ
cepto, ad Res
cipies, et Res
publicam
gubernam
117.

117.

In dubijs
Princeps id
consilium se
qui debet,
quod honestissimè
est. Et vniuersi
satis præci
pue rationem
ad habere.

ad Nicolem Regem dicebat, super omnia curæ tibi sit multitudo, & ita imperes, ut gratus & charus sis tuis, haud ignorans inter Respub. eas præcipue duraturas esse, in quibus ratio multitudinis maxime haberetur: ita tamē, ut nemini fiat iniuria, & optimis tribuantur honores, & præmia. Quibus ad stipulatur illud Plautinum.

Nimio hoc plaris paucorum gratiam faciunt pars

Hominum, quam id quod pro fit pluribus. Ita vincunt

Illud conducibile gratiæ, quæ in rebus multis obliant,

Odiōsæq; sunt, remoramq; faciunt rei priuatæ & publicæ.

Silentio inuoluam Princeps amplissimi me, quod in historia Gordiani Imperatoris Iulius Capitolinus scribit? Miserum esse Imperatorem, apud quem vera reticentur. Qui quum publice ambulare non possit, necesse est ut audiat, & audita vel à pluribus roborata confirmet. Colligunt se quatuor, vel quinque, atque vnum consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. Dicunt, quid probandum sit Imperator qui domi clausus est, vera non nouit: cogitur hoc tantum scire, quod ipsi loquuntur: facit Indices, quos fieri non oportet, amouet etiam Reipub. quos obtinere debet. † Quid multa? ut Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, optimus venditur Impera-

118.
Deturque

perator. Vera & memorabilis est illa Marij ^{baym impera} Maximi sententia, cuius Aelius Lampridius ^{tor, nisi bene} meminit, in historia Alexandri principis, Me- ^{cauent.} liorem esse Rempub. & prope tutiorem, * in 119.

qua princeps malus est, ea, in qua sunt amici ^{Mali princip} principis mali. Siquidem vnus malus à pluri- ^{puor sutores} bus bonis corrigi potest: multi aut mali, non ^{magni Reip.} possunt ab vno, quamuis bono, vlla ratione ^{necent, quam} superari. Ideo bonus & sapiens Princeps fuit ^{princeps ma} idem Alexander, qui præter insitanti animo ^{lus, modo illi} virtutem, amicos sanctos & venerabiles ha- ^{bons fini.} buit, non maliciosos, non furaces, non callidos, non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libidinosos, non crudeles, * sed sanctos & religiosos, quod nihil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent estimationem Principis sui.

Ea propter Remp. Romanã, ut idem Lampridius ait, illorum consilio felicissime rexit, maxime Vlpiani, Pauli, Pomponij, Africani, Celsi, Modestini, Iuris peritissimorum. Hi sunt, inquit, qui bonum Principem fecerunt. Tot enim & talibus viris quid mali excogitari vel fieri potuit, quum omnes ad bonum consentirent? Reges sapientes redduntur, * Sapien- 120.
Alexand. Ser
uers Impera-
toris optimi
surre consule
tores & fami
liares.

tum hominum consuetudine. Hinc Cyrus ^{Principes sua} (ut Xenophon scribit) thesauros sibi i custodia ^{pientes red-} des, fidelissimos parabat amicos. Hi Regis o- ^{diuntur ex} culi, Regis aures dicebantur, qui cuncta quæ ^{conuersatione} videbant, quæ futura essent Cyro conducibili- ^{ne prudenti.} lia, referebant. * Multæ sunt aures, multi sunt oculi,

122. *Multa sunt aures et multi oculi, ac longe manus boni principis.*
oculi, longæ sunt manus boni principis. Ideo Alexandro suadebat Aristoteles, vt ex eius familia fidos probosq; aliquos haberet, qui eaq; per regnum fierent, & dicerentur, sibi referrent. Tu quoque dignissime princeps, bonos & probatos tecum habeas, tuisque consilijs & domesticis colloquijs semper adhibeas, & in explorandis his, quos in familiaritate alicui tuam, diligentissimus esto, memorem futurum, quemadmodum ad Nicoclem Regem dicebat Isocrates, vt omnes, qui tecum non habent consuetudinem, te similem arbitrentur his, quorum vteris familiaritate. Multi principes in vñdium publicum eosolum venerunt, quod nimium licere his paterentur, de quibus vniuersa multitudo male sentiebat, ex illorum moribus naturam principis æstimante populo: quemadmodum mores & studia dominarum, vt in Epistolis scribit Hieronymus, ex ancillarum & comitum moribus iudicantur. Cyrus bonus prudensque princeps, etiam bonis & probatæ fidei viris semper vsus est. Ideo cum equum oculis cariorem, apud bonum virum se locaturum & per gratiam positurum Sacha dixisset, respondit Cyrus ostendere tibi volo, hic etiam si clausis oculis iacias, fore vt non aberres à bono viro. Rogo, inquit Sacha, ostende, vt hac sublata gleba, illum ferriam: demonstretque ei Cyrus, vbi suorum amicorum erant plurimi, hic clausis oculis

123. *Qualis similia, talis præsuntur domini.*

124. *Exemplis nostris ad cognoscendos, omnes Cyri amicos et familiares bonos iustisque fuisse.*

lisimum sit glebam, & equo transeuntem Peraulam assequitur. Cui equum dedit, haud quamquam errans, quum non solum virum bonum, verum etiam opimum inuenerit. *125. Ex erratis ad aliorum vitam primæq; Pulchrum est ornati simè Princesis nostram in cept (vt verè Diodorus inquit) ex aliorum exemplis melius institueris, & tuere, pulchrum quid appetendum fugiendumue sit, ex aliorum exemplis posse cognoscere. Beatus est ille, (vt Cicero Platoque prædicant) cui etiam in senectute contingit, vt sapientiam assequi possit. Sed vt ad eum finem peruenire valeamus, iacienda sunt fundamenta ab adolescentia, quibus bene iactis, tanquam in domo firmiter ædificata, vt cornuamus verè dñõ est.*

Optima autè fundamenta sunt: adolescentis ad sapientiam assequendam, si quum sapientia ens ea ætate esse propter imbecillitatem non possit: quod cerè potest, eorum qui sapientes sunt, consuetudine delectetur. Quo de genere est illud eiusdem Ciceronis, quum ait, ira se à patre deductum ad Sceuolam sumpta virili toga, vt quoad posset & liceret, à senis latere nunquam discederet. Affinescat igitur primum sapientes colere, inde illorum dictis aures libenter adhibere, tertio vt eorum quã maxime similitè se esse studeat, quorũ non modo facta, sed etiã dicta imitari contendat. Ex quibus principijs, vsus deinde progressionibus, ad quam contendit, sapientiam

126. *Fundamenta adolescentis ad sapientiam assequendam.*

victor consequatur. velit hi qui ringunt, quū primo quibusdam modis id quod colorem recepturum lic præparant, tandem postea florem superinducunt, siue purpureum, siue quemuis alium. Eodem nos icidem modo, vt indehibilis sit apud nos probitatis sciētia, quū his moribus & disciplinis imbuti fuerimus altioribus & occultis operam dābimus, & quasi Solem in aqua prius videre assueti, ad ipsam lucem dirigemus intuitum. Delegit sapientissimus genitor tuus, princeps inclite, viros tum primarios, tum in omni genere laudis probatissimos homines, quorum consilijs & admonitionibus formaris, & his tanquam adminiculis quibusdam innitaris, vt solent nouellæ arbore s. hi tibi de rebus differentes audiendi sunt. Omnino enim liberalis ingenij primum argumentum est, studio laudis excitari, incenditq; amore gloriæ. Inde oritur generosa quædam inuidia, & sine odio de laude probitateq; contentio. Proximum vero, parere maioribus, nec esse bene mouentibus contumaces. Nam vt equi meliores ad pugnam habentur, qui faciles sunt manu regi, & ad tubarum clangorem arrectis auribus exultant: ita qui senum bene audiunt monitiones, & laudati excitantur ad bonum, yberis spem fructus præ se ferre videntur. Hinc Hesiodus optimum illum esse ait, qui per se ipsum quæ agenda sunt, conspicatur: sequenti autem gradu, qui aliorum consilia sequi-

sequitur. In secundo ergo ordine laudatorū, illum ponit, qui saltem bene mouentibus parer: qui verò ad neutrum prædictorum aptus est, eum penitus esse inutilem voluit.

Et quia hominis est errare, / Magnæ autē sapientię, teste Augustino, reuocare quod quis male locutus est (posteriores enim cogitationes, inquit Cicero, sapientiores esse solent): si quid forte incautius vel minus solerter te fecisse contigerit, illud mutare laudabile memineris esse. Redi in viam rectam. Optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij. Incauta definitio laudabiliter soluenda est, & sub colore aliquo temperanda res. Philippus Macedoniæ Rex, Machetæ cutusdam causam iudicans, quoniam esset somnolentus, minus accurate quod iuris foret, attendebat: proinde aduersus eum sententiam tulit. Illo autē se prouocare dicente, iratus Philippus, ad quem inquit, Machetas, ad te ipsum Rex, subdit, si vigilans quidem attendensque audieris. Surrexit tūc Philippus. Vbi verò magis ad se redijisset, nossetq; iniuria Machetam affectum, iudicium quidem non rescidit, at æstimationem litis ipse persoluit. Deniq; incommutabilis Deus, vt scriptura testatur, sententiam mutat, quum homo scilicet voluntatem mutat.

Non obliuiscar, eminentissime princeps, eruditos & literis exornatos viros commendare, quid enim melius agere boni principis

127.

Sapientis est reuocare malum propositum.

128.

A princeps male informato, ad eum de melius informandum appellare licet.

129.

De commendatione eruditiorum virtutum.

possunt, quam subleuare doctos, fouere eruditos, quorum scriptis immortales efficiantur? Olim Augustus fouit Virgiliū, charus Archias Mario atq; Lucullis, Horatiū Mecenas enutriuit, Tibullū Messalla dilexit, & alij alios, vt Plinius scribit. Alexander ille magnus quum in Asiam proficisceretur, Aristotelem & Callisthenem rerum suarum scriptores secum adduxit: & Romani Imperatores, alij Ennium Poetam, alij Archiam, alij alios, qui suas victorias illustrarent, in prouincias traxerunt. Quis nosset Cæsares, nisi Suetonius extitisset? Quis Scipiones? Quis Gneum Pompeium tot triumphis fulgentem hac tempestate cognosceret, nisi Cicero Liuiusque eorum commendatores, laudatoresq; fuissent Denique Romanos, Græcos, externos omnes nonne tenebræ occupassent, & sic obduxisset, nisi illos luculenti scriptores in literas retulissent? Recte igitur facies nobilissime Princeps, si literatos amaueris, seruditis suffragaris, qui de te scribentes præclara facinorosa, quæ vt speramus ædes, celebrent, & principis inclite domus annalibus adiungant. Ardeo cupiditate incredibili, neque, vt ego arbitror, reprehendenda, nomen vt nostrum scriptis illustretur tuis, ad Luceium in epistolis inquit Cicero. Nec enim minus est Sparriates Agasilus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse, quam eorum qui in eo genere laborauerunt.

Vnus

Vnus. n. Xenophōnis, libellus in eo rege laudando facile omnes imagines hominum statuasque superauit. Si Cicero ille Arpinas, & quæ admodū ipse fatetur, nouus homo, tali ardebat cupiditate: quid facere debes tu princeps inclite? Cura igitur vt facias laudanda, quo scriptores possint verè tuum illustrare & celebrare nomen, ac propriam principis laudem in te ostendere: quod videlicet a tergo & à fronte oculus sis, plurimum sapiens, præterita respiciens, & iuxta Homeri sententiam, futura prospiciens.

Circa leges statutarias decretasq; condenda, in quibus beatitas quietisq; consistit status, præcipua cura principis esse debet. verum quia Illustrissimi patris & maiorum tuorum prouidentia satis nobis super hoc cautum videtur, tantum superest vt decreta ipsa custodiantur & obseruentur. Et quum natura nouas semper properet edere formas, adde detraheq; prout necessarium expediensue apparuerit esse.

Mercatores s; eorumq; bona, ab omni iniuria defendi debent. Hæc est enim causa, vt ad Alexandrum scribit Aristoteles, cur populosa sit India. nam illic libenter vndiq; concurrunt mercatores, vbi bene recipiuntur, luçanturq; diuites, pauperesq; Ciues & forenses, multiplicantur ciuitates, redditus & tributa Principum augentur, honorque & gloria Principibus accrescit.

130.
Principem
à fronte &
tergo oculus
esse oportet.

111.
De legibus
decretis con-
dendis emen-
dandisue.

132.
De mercatoribus
ab iniuria
defendenda.

133.
De viarum se-
curitate. &
pulchritu-
dine.

Et perditionem tuam vias securas & ad transeundum aptas, siue pro aduenis & peregrinis, siue pro indigenis & subditis tuis teneri facias. Hoc est enim ad bonum regimen principis necessarium. Sunt namque viæ omnibus communes iure quodam naturæ & gentium. propter quod occupari præscribique prohibentur, & à iure principibus vestigalia permissa. Est etiam viarum securitas, vt diximus, in regimine principum eis fructuosa, quia illuc magis confluunt mercatores, vnde prouincia diuitijs magis abundat, & diuitijs augetur culeus. Quæ ratione Respublica Romanorum aucta fuit, propter pulchritudinē & securitatem viarū. Ex his Sabaudia sui vocabuli Etymologiam retinebit, quam inter subditos & externos operis plenitudine salutem vocari esse dicunt, & si quidam deprauato vocabulo à Sabatijs montibus Sabaudienfes, pro, Sabatenses dixerint. Venientes autē ad habitandum in territorio tuæ Excellentię benigne gratioseque recipias, tractariq; facias. Illud sine vlla dubitatione maximè nostrum fundauit Imperium, & populi Romani nomen auxit, in epistolis suis scribit Cicero, quod Princeps ille creator huius vrbis Romulus, cedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri ciuitatem hanc oportere. * Cuius exemplo & auctoritate, nunquam intermissa à maioribus nostris largitio, & communicatio ciuitatis. Itaque ex Latio multi, ait,

137.
De communi
catione ciui-
um.

& Tusculani: & ex cæteris generibus gentes tatis facilliter vniuersæ in ciuitatem receptæ sunt. danda & con-
cedenda.

Sciendum insuper est, Principem in eius Curia domoq; maiorem hominibus honorem, quam alibi, impendere debere. Interest enim sua, teste Aristotele, iniuriam forte illatam aut factam, secundum qualitatem suæ personæ punire, vt terreantur alij, & discant ab iniurijs in præsentia principis abstinere. Facta enim præterita de futuris certa dant documenta.

Prætermittamne generose princeps, tibi commemorare salubre Aristotelis ad Alexandrum consilium, * dum mulierum coitum detestatur? Est enim, inquit, coitus, irrationale animalium & brutorum proprium vitium: cui si te applices, quæ gloria tibi erit? Coitus, inquit ipse Philosophus, mihi crede, destructio est corporis, & abbreviatio vitæ, corruptio virtutum, Legis transgressio, femineos mores generans. De futuris, & accidentibus casibus etiam, ait, cogita. nescis enim, quid futura dies paritura sit. A bhorruiq; post modum semper Alexander à mulieribus delitijs, ac voluptatibus. Vnde quum Darij filias captiuas haberet, mirum in modum, vt ab omnibus prædicabatur, formosas, ne videre quidem voluit, turpe esse ratus eos, qui viros vicissent, à mulieribus superari.

Et Annibal Secundi belli Punicis tempore, in hiberna Capuan, quæ prona semper in lu-

xuriam ciuitas fuit, concessit, ibi partem maiorem hiemis exercitum in reſtis habuit, aduerſus omnia humana mala ſæpè ac diu induratum, bonis in expertum atque inſuetum. Itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidit nimia bona & voluptates immodicæ. Somnus enim & vinum, & epulæ, & ſcorra, & otium militum & ducum, ita eneruauerunt corpora animosque, vt magis deinde præteritæ victoriæ eos, quam præſentes tutarentur vires, & quemadmodum Liuius ait, maius id peccatum ducis apud peritos artium militarium fuit habitum, quam quod non ex Cænenſi acie protinus ad urbem Romam acceſſiſſet. Illa enim cunctatio diſtulit modo victoriam videri potuit, hic error vires ademiſit ad vincendum. Memineris igitur te virile & glorioſum brutorum vitia vitare, ac inter incientiæ instrumentorumq; luxuriantis fortune, caſtum & frugi principem agas. Ex quo te pluribus titulis ac bonis ornauit natura, impèſius enitendum eſt, vt ſorti lucrum respondeat. Quartum enim ſupra viceſimum annū agens, quum in Hiſpania Carthagine oppreſſa, maioris Carthaginiſ capiendaſ auſpiciâ ſumpſiſſet Scipio, multoſq; obſides, quos in ea vrbe Pœni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatem redegiſſet, eximie inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, & iuuenis & celebs, & victor, poſtquam comperit illuſtri loco inter Celtiberos natam, nobiliſſimoque gentis eius Indibili deſponſatam, ac

ceſſitis parentibus ſponſo inuiolatam tradidit, & aurum quoq; quod pro redemptione puellæ allatum erat. Quapropter Indibilis & Celtiberorum animos, mirum in modum Romanis applicando deuicit.

Verum quia in opere non ſemper verſandum eſt, ſed oportet interdum animum ſerijs rebus fatigatum honeſtè relaxare, & pro ſuis nihil agere, omninoq; opere vacare, vt ſufficere demum operi laboriq; poſſimus: nã qui ſemper intentiſſimus eſt neruus, niſi remittatur, aliquando rumpi ſoleat: tam eſi nullum eſt tempus laborioſius ſapienti, quã quo nihil agit, ſi modo poteſt ſapiens nihil agere: iocis honeſtiſq; ludis, qui multi ſũt, vt licebit, potiſſimum tamen præceptum in hac re eſt, nequis turpis ludus aut noxiuſ ſuſcipiatur, ſed quantum aut acuat in diſtremam, aut corporis exerceat vires, aut animi curas honeſto ſcuet. Alex vero luſus, quo ſtudio delectari ſolent, qui ſunt in hoc vnum diligentes, vt omnem ſubſtantiam negligant, aut certe vt vniuerſum vitæ tempus amittant, aut cupiditatem habet minime liberalem, aut in decetem viro molliciem, niſi recreandarum viriũ cauſa interdum ineat.

Licebit etiam quũ ſerijs rebus ſatiſfeceris, De muſica, eſt per ueritibus
muſica delectari, cuius dulce dine cũſta viuena capiuntur, ſenſus requieſcunt, ſolicitudinis
& curioſitas euaneſcunt, totũ corpus vigorat. & dei, quod
Et fuit quidẽ præſcis Heroib. hoc celebre, vt probatum
vt Achillẽ Homerus inducit à pugna redeun- eſt.

138.

Animo
corpori dan-
dã eſſe quit-
tem?

140.

De muſica, eſt
per ueritibus
diſtremam
& dei, quod
vt probatum
eſt.

tem in hac re solitum acquiescere, non quidem amatorias cantilenas, sed fortium viro- rum laudes modulantem.

Officia lucis noctisque ne perueritas, lucifuga- rum more, cauendum est. Vidimus enim quosdam magna ornatos dignitate, non ante deducere oculos hesternæ graues crapula, quam apparere non coeperit: qualis illorum conditio dicitur, quos natura, ut ait Virgilius, sedibus nostris subditos, è contrario posuit. Hoc turpe & inhonestum est, maximè in prin- cipe, quem vigilantem esse decet, facilesq; ad- itus, ut in superioribus ostendimus, ad se cunctis præstare. Omnia vitia contra natu- ram pugnant, luxuriæq; propositum est gau- dere peruerbis, & à recto discedere cursu. Te- nenda igitur est via, quam nobis natura præ- scripsit, nec ab illa declinandum: contra quã nitentibus non alia, ut inquit Seneca, via est, quam contra aquam rennigantibus.

Principis auctoritas à Deo est instituta. gu- bernatio populi illi traditur, quem Deus eli- git, & homini scilicet, qui, sicut scriptum est, Dei spiritum in semetipso habet, & præcepta eius in conspectu suo. Quod si concessa ab- datur potestate, aufertur ab eo gubernatio, & datur genti facienti iustitiam. Quemadmo- dum enim in superioribus ostendimus, prin- cipes Dei ministri sunt in terris, & tanquam agricolæ, ad custodiendum vineam domini constituti, qui si male eã colant, cõcessa potesta-

te

te abutantur, principatu merito priuari pos- sunt. Similes enim sunt illis agricolis, qui Do- minum extra vineam sibi locatam eiecerunt. propter quod sicut scribitur Mathæi vigesi- mo primo cap. iuste ab eis aufertur principa- tus à Domino, & datur genti acienti fructus eius. Nonne Balthasar Babylonix Rex, quia Deo ingratus, valis templi domini quodam conuiuio abusus est, ut ex sententia Danielis apparet, occisus fuit, regnumque illius destru- ctum abolitumque: quia propter peccata sua dignus erat morte, & priuatione regalis do- minij?

Est igitur iustissimum, quod in sacris scri- bitur literis, regnum de gente in gentem trans ferri, propter iustitiæ inobseruantiam, ac di- uersos dolos. Peccauit Hely sacerdos, & sa- cerdotio priuata est illius posteritas: cui ta- men Dominus æternum sacerdotium pro- miserat. Sic etiam Deus Abrahæ & femini- suo terram Sanctam in æternum possidendã promiserat: sed frequenter propter peccata sua illam perdiderunt. Distra enim promissio nes conditionem recipiunt, nisi per pecca- ta & iniquitates, priuationis poena infliga- tur.

Non semper tamen princeps populi, arbi- trio Dei constituitur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri & mali- gna in conspectu Dei operamur, dantur no- bis principes secundum cor nostrum. Et hoc

I 5

ex

140.

Auctoritas
principis à
Deo est. Trans-
latio regnorũ
de gente in
gentem, pro-
pter iustitiæ
defectum pas-
siter à Deo
est: nec semper
Dei arbitrio
constituitur
populo prin-
ceps.

ex sacrosanctis scriptis Hieronymus probat. Audi, inquit, quid Dominus dicat, fecerunt sibi regem, & non per me Principem, & non per consilium meum. Quod de Saulo illo dictum videtur, quem utiq; ipse Dominus elegerat, & regem fieri iusserat. sed quoniam non secundum Dei voluntatem, sed secundum peccatoris populi meritum electus fueras, negat eum sua voluntate, aut consilio constitutum. Hinc Dominus ira percitus, Dabo, inquit, tibi regem in furore meo. Exiterum: hypocritam regnare faciam, propter peccata populi.

141.
De venatione
principum.

Visum est etiam ab instituto alienum non esse, principum Illustrissime, de venatione, quam artem iniquissimam nonnulli appellauerunt, aliquid scribere. Cyrus supra sæpe relatius venationi operam dabat, ob hanc rem maximè, quod verissima videtur rerum bellicarum meditatio. Assuefacit enim diluculo assurgere, frigoratq; & calores tolerare, itineribus ac cursibus exerteri, feras insequi iaculisque ferire. Quare haud facile in venatione eorum quicquam abesse reperiri dicebat, quæ inter bellandum accidunt. hanc etiam valde extollit in libello de venatione Xenophon.

Est autem venatio, secundum aliquos, usus naturalis Domini, homini super animalia præstiti, dicente Altissimo: Sit terror vester atque tremor super animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ super terram

mo-

mouentur. Secundum vero Aristotelem in Politicis, iustum quoddam bellum est, quo homo rationalis bestias sibi rebelles deuincit, ad usumq; suum conuerit. Dicitur potest venatio, quasi Veneris actio, quandoquidem tali studio dediti magnam, vt dixi, voluptatem capiunt. Venatio itaq; secundum se non redolet nec sapit peccatum, & si per accidens, iuxta Theologorum dogmata, multipliciter peccatum esse possit, & inter iniquissimas tunc connumerari. Non damnabo igitur in Principe moderatas venationis exercitationes, spontaneosq; labores, vt inde inuitos sufferre possit, rebusq; grauioribus ac necessarijs vacare. Nam si princeps dignitatis officij sui immemor, belluis se totum tradat, a suis diuis venationibus se accommodet, atq; in syluis inter canes & feras vitam degat, abiecta pauperum cura, neglectis Reip. negotijs: grauius peccat, officio suo minime fungens, è Principe venator & nemo rum cultor factus. Et ab Esau tunc eum non se iungam, qui, vt sacra testatur scriptura, venator erat, quia peccator erat. Temperate igitur laxando animum curis publicisq; negotijs fatigatum, vt eis dem prouidere possis, venationi te accommodabis.

Illud vero de corporis cultu non postremum attingamus, vt sit decens, neque nimium exquisitus, neque prorsus neglectus, sed cum rei, loco, temporisque, tum maxime personæ conueniat. Neq; enim sedere in literaturâ

142.
De vultu
ornatu Prin-
cipis.

ria

toria schola decoratum, aut subducta veste conuenit, aut in certamine armorum, fluxa toga, malleatumue prodire, nec principis filium æque cum plebeio vili fordidaq; vultunica, aut trita chlamyde se præbere spectandū, vel sericatum, auratum, & gemmatum in publicum procedere. Quis enim magnum putauerit, Principem auro vel gemmis ornatum? Cuitantum esse, quantum vult, omnes sciunt. Animo enim magis, quam corpore ornato ac bene composito Principem esse decet. Ideo Cyrus, cuius in superioribus sæpissimè mentio habita est, tunc se ornatum arbitrabatur, quum suos bene ornatos videret. Equidem nimia cultus venustatisque cura muliebrem animum designat, & multæ vanitatis argumentum est. Modus igitur, vt in cæteris rebus, adhibendus est. Hinc in officijs inquit Cicero: Eadem ratio est habenda vestitus, in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est.

Ex principibus quidam sunt, qui Persicæ superbix moribus adherentes, quã rarissime videri securent. * Hinc ad Alexandrū Aristoteles decet, ait, regem abstinere à frequentis subditorum consortio, maximèq; villorum personarum. Propter quod pulchram arbitratu consuetudinem Indorum, in dispositione regni & ordinatione regis, qui statuerunt, quod Rex semel tantū in anno coram omnibus appareret, regali apparatu & ornato

143.
An princeps
frequenter su-
is ostendere
se debeat.

mato exercitu, super equo insigni sedens, armorum pulchritudine decoratus. Sed Agelilaus Rex laudatissimus, à suis spectari gaudebat & lætabatur, degenti turpiter tenebras conuenire existimans. Sed honestæ vitæ plus ornamentum lucem afferre, nunc apud hos, modo apud illos Principem agere debere, Alcibiades, Cyrus, Alexander & alij boni Principes actionibus suis docuere. Nihil enim æque multitudinis animum alienat à Principe, quam si foris agere studeat, quod negligi videatur ab eo, cui precipuæ curæ esse vellet. Frequens igitur iuarum urbium & regionū iustratio principem decet. Sed hoc animo fieri debet, vt omnia reddat meliora, non vt quæstum faciat. Crebra locorum mutatio vitis erit, maximè si & temporis & loci habeatur ratio. Cyrus hiemali tempore Babylone septem debebat menses, quia regio clemens est. Per veris autem tempus, tres menses Susis, in æstatis autè vehementia menses duos Licæbatanis agebat. Qui, vbi cumque esset, adeo afficiebantur homines, vt omnis gens, quem ad modum in eius patria scribit Xenophon, deterius existimaret, nisi ad Cyrum misisset, quod pulchrum eis in regione vel oriretur, vel nutrire, vel arte excogitaretur. Et Tyberius Cæsar (vt Suetonius refert) ab vrbe Roma quandoque secedere statuit * seque è medio quam longissimè amouere, vt vitato

144.

Artis, et quæ
doque secede-
retur, re à Caria.

retur, atq; etiam augetur, si quando indiguisset sui Resp. Plures sunt igitur rationes & causæ, quæ locorum mutationem in principe vilem esse comprobant.

Satagas situm, instituta, & consuetudines locorum tuorum cognoscere, & nomina subditorum tenere. † Si enim qui in sordidis artibus versatur, singula artis suæ instrumentorūq; nomina tenet, absonum videtur eorum nomina principem ignorare, quorum curā habere debet, quibusq; ei opus est pro instrumentis vitæ & dum præuenire, dum cauere, dum audientiam miscere, dum terrere, dum honorare aliquid interdum velit cupiatque, decorum est quemque suo nomine appellare, eos etiam, qui à principe cognosci viderentur. Opinabatur Cyrus apud Xenophonē magis desiderare, vt honeste quicquā aspiceretur facere, ac magis item expetere, vt à turpi abstinere actione videretur. Hinc Cæsar, vt de bello Gallico scribens ipse tradit, singulis legionibus Legatos & Quæstorem præfecit, vt eos testes suorum quisq; virtutis haberet. Et rursus aduentu Cæsaris spe illata militibus, ac redintegrato animo, quum pro se quisq; in conspectu Imperatoris etiam in extremis suis rebus operam nauare cuperet. Sanè igitur Martialis scripsit, Principis est virtus maxima, nosce suos.

146.

A sacris & diuino cultui dicatis præcipuum cultui di manum abstineas. Fanum erat apud Locoris reb. al. si crenes Proserpinæ, temporibus Pirrhii, quæ

quum ex Sicilia rediens Locros classe præterueheretur, inter alia fœda, quæ ædidit, thesauros quoq; Proserpinæ intactos ad eam diem spoliavit. atque ira pecunia in naues imposita, ipse terra est profectus. Quid euenit? Classis postero die ingenti tempestate lacerata, omnesq; naues, quæ sacram pecuniam habebāt, in littora eiectæ sunt. Qua tanta clade edostipus superbissimus Rex, Deos esse tandem agnouit, pecuniamq; omnem conquisitam, in thesauros Proserpinæ referri iussit: nectamen illi vnquam prospere quicquam euenit, pulsusque Italia, ignobili atque inhonesta morte temerè (vt Lilius inquit) ingressus Argos occubuit. Creditum est etiam Varronem Consulem apud Cannas cum Carthaginensibus ob iram Iunonis infeliciter pugnasse, quod quum ludos Circenses AEdilis faceret, in Iouis templo histrionem ac vilem personam ad excubias tenendas posuisset. Non enim quoque Poetrium Romæ in duodecim familias diuisum, ob neglectam Herculis religionē prope interisse ferunt. Quintus autem Fuluius Flaccus non impunè tulit, quod in censura regulas marmoreas ex Iunonis Lacinie templo, in ædem Fortunæ militaris, quā Romæ faciebat, transtulit. sanæ mentis inde fuisse negatur, quin etiā per summā animi ægritudine expirauit, quū ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum decisisse, alterum audisset morbo affectū. Cuius casū mortus Senatus

147.
Neglecta relligionē
viciosa
tur sepe
Dem.

tegu-

regulas Locros reportandas curauit, decretisq; circumspēctissima sanctitate, impium opus Censoris retexit, ac destruxit. Acer etiam sui nominis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus id egit, vt sacrilegæ manus eius abscessitæ fragmētat & in veste inuoluta inuenirentur. Quinetiam mirabile dictū in Historia Aelij Veri Imperatoris scribit Iulius Capitolinus, in Babylonia temporibus suis, de templo Apollinis, & arcula aurea, quam miles prædæ cupidus forte inciderat, spiritum pestilentem illico exiisse, Parthosq; & totum deinde orbē complexisse.

148.
De spiritu, ob
cōtemptū re-
ligionē, Dei
ira in hūc mū-
dū pestē seren-
tē.

Et Balthasar Babyloniæ Rex quia Deo ingratus, vasis templi in quodam conuiuio abusus est, vt ex sententia Danielis apparet, occisus fuit, & regnum eius destructum. Nam propter iniquitates & scelera, priuatione Imperij, ac morte dignus erat. Sic Deus iratus egit, tarditatemque supplicij, vt ille ait, grauitate plerunque compensat, & super quem ceciderit lapis iste, conteret eum. Ideo Cæsar de bello Gallico scribens, Legatis Heluenorum sentiel respondisse ait, Quod sua victoria tam insolenter gloriarentur, quodque se nondiu impunè tulisse iniurias admirarentur, eo pertinere, consueuisse enim Deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vicisci velint, his secundoires interdum res & diu-

turniorem impunitatem concedere. Infinita sunt huiusce rei exempla, sed silentio inuoluenda. In summis tamen rerum periculis, pro defensione patriæ, auerendisque & propulsandis à subditis iniurijs, Ezechia regis exemplo, etiam ad thesauros ecclesiæ manum apponere, secundum Theologos, licebit. Aurum enim habet Ecclesia, nō vt seruet, sed vt eroget in extremo rerum discrimine, & vbi res aliter seruari non potest.

Magna cura * præcipuoq; studio tibi referendum esse existamaui, atque in hoc loco dixisse apertissimum fuerit Illustrissime Princeps, quantopere curauerint prisci illi Romani, quos velut alteram lucem, Plinio teste, Dij nobis dedisse videntur, alijsq; sapientes principes, quæ dicuntur missos ad se legatos, qui sancti intuiolabilesq; non solum secundum ius ciuile, verum etiam 160.

gentium habentur, summa cum humanitate suscipere, ingenti liberalitate prosequi, mira fide dimittere, eisq; caute & prudenter respondere: quantaque cura & diligentia in electione ac expeditione legatorum vsi fuerint. Quæstorum cura erat, reges legatosque Romanos venientes, pro dignitate populi Romani excipere, obuiam proficisci, & præcipue legatos in æde Saturni inscriptos donis prosequi, ægrotos curare, & si quando vita fungerentur, sumptu publico sepelire, quemadmodum Valerius Plutarchusq; scribunt. Hinc in singulos Masinissæ regis legatos dona collata fuere, nec

in legatos tantum, verumetiam in comites.

Er quum Prusiam Bithyniæ Regem Perse deuicto ad gratulandum sibi venire Senatus audisset, obuiam illi P. Cornelium Scipionem Quæstorem Capuam misit, censuitque, ut si donus Romæ quam optima conductoreretur, & necessaria ad victum non solum sibi, sed etiam comitibus eius publicè præberentur. In eoque excipiendo tota vrbs vniushumani amici vultum habuit. Nec Aegyptus quidem Romanæ expers fuit benignitatis. Rex enim Ptolemæus, à minori fratre regno spoliatus, petendi auxilij gratia cum paucis admodum seruis squalore obfusus, Romam uenerat, ac se in hospitium Alexandrini pictoris contulerat. Idque postquam Senatui Romano relatum est, accersito iuvene, accurata oratione usus est, quod nec Quæstorem illi more maiorum obuiam misisset, nec publico hospitio eum excepisset, eaque non sua negligentia, sed ipsius subito ac repentino aduentu facta duxit. Et illum è curia subito ad publicos penates deduxit, hortatusque est, ut depositis sordibus adeundi ipsius diem peteret, quin etiam curæ habuit, ut munera ei per Quæstorem quotidie darentur. his gradibus officiorum iacentem ad reginæ fastigiū euexit, fecitque ut plus spei in auxilio populi Romani, quàm metus in sua fortuna reponeret. Pirrus quoque Epyrotarum Rex, Roma-

norum

norum legatis ad redimendos captiuos castra sua petentibus, quo honoratius exciperetur, ipse cum ornatu equitum extra portam occurrit. Id quod etiam genitorem tuum sæpe fecisse, Princeps inclyte, vidimus, Summi Pontificis legatis de latere (ut aiunt) aduenientibus, ac Cæsareis locum tenentibus. Quibus exemplis, quæ ad vitam nostram instruendam regula sunt, optimum factu credere cogor, ire obuiam aduenientibus legatis, aut alios mittere, pro qualitate, conditionibus personarum & mittentium, ac pro facultate hospitium, & alia parare. Audiui etiam & meminimus, magnam quædam Rempublicam, quum temporum culpa & calamitate, modum non haberet, æsque alienum confidendum fuisset, si munera legatodari debuissent, quod iniquum & stultum fuisset, illi per sapientes persuasum, parandum duntaxat hospitium publicè, ad eundemque à magistratu legatum, ac ubi aduenisset conuictus proceribus vrbis, illi nunciata pace & salute, inopiæ Reipublicæ difficultatem aperiendam: promptos quidem Reipub. animos ad ei munera danda, verum egestate pressos tunc votum exequi non valere, idque omnibus summo dolori accedere, sed alias Deo fauente emendare licere, veniantque ab illius humanitate exorari, offerrique patriam, pro viribus ad vota paratam. Id quod ab omnibus laudatum factumque fuit.

K 2 Spe-

Speciosa quoque est illa Romanorum fides, ingenti Pœnorum classe circa Siciliam deducta, cum dūces eius fractis animis consilia perendæ pacis agitabant, quorum Dux Amilcar ire se ad Consules negabat audere, ne eodem modo cathenæ sibi inijcerentur, quo ab ipsis Cornelio Syriæ Proconsuli fuerant iniectæ. Hanno autem certior Romani animi æstimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum terendit, apud quos quum debelli sine ageret, & Tribunus militum ei dixisset, posse illi merito euenire, quod Cornelio accidisset: uterque Consul, Tribuno tacere iussit, Isto te, inquit, metu Hanno fides ciuitatis nostræ liberat. Aduersus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo P. C. exhibuere. M. n. Aemilio Lepido. L. Flaminio Cōsulib. L. Maniliū. L. Maniliū Carthagenensium legatis, quia manus in eos intulerat, perfaciales reddendos curauerunt. Et tunc Senatus, se non eos, quibus hoc prestabatur, ut inquit Valerius Max. aspexit. Hisce exemplis superior Africanus, quum honestam multis & illustribus Carthagenensium viris nauem in suam portum statem redegisset, inuiolatam dimisit, quia se legatos ad eum missos dicebant: tam & si manifestum erat, illos vitandi præsentis periculi gratia, falsum legationis nomen amplecti, & Romani Imperatoris potius decepta fides, quam frustra implorata iudicaretur. Urbium

igi-

igitur & principum, aliorumque locorum legatis Excellentiam tuam aduentibus, mansuetum te, benignum, & facilem præbeas, mandata referentes eo vultu audias, ut fiduciam eis ad dicendum des. Quum verò dimittentur, ita eos dimittes, ut qui honesta & iusta petierint, facile abs te imperari posse intelligat, nec his contentus, honoribus quoque & donis, quæ grata illis esse cognoueris, honestabis atque afficies. Quæ vero aut minus honesta, aut non satis æqua petierint, ea non semper nec palam, nec tristiore vultu, aut grauioribus verbis deneganda sunt, sed potius ostendendum est, non ideo te non concedere, quod nolis, sed quod illis inutilia iudices, quodque ea ratione ipsorum rebus melius consulatur. Nulla sit in audiendo illos difficultas, nulla in respondendo mora: adeant statim, dimittantur statim, exemplo Traiani Imperatoris. Quod tamen non est semper obseruandum. Nam ut Iulius Cæsar in commentarijs suis scribit, Quum Heluetij legatos ad eum misissent, qui dicerent, sibi esse in animo sine vilo maleficio iter per protui reiciam facere, propterea quod iter haberent: nullum aliud rogare, nisi ut eius voluntate id facere liceret: cum memoria teneret, Lucium Cassium consulenti occisum, exercitumque eius ab Heluetijs pulsura, & sub iugum missum: concedendum non putabat, neque homines inimico animo, data facultate per prouin-

K. 3

ciana

ciam itineris faciendi, temperaturos ab iniuria & maleficio existimabat. tamen vt spacium intercedere posset, dum milites, quibus imperauerat, conuenirent, legatis respondit, diem se ad deliberandum sumpturum, si quid vellent, ad diem præfixam reuenterentur. Interea milites conuocat, præsidia disponit, Castella communiat, cæteraque oportuna præparat, quo facilius, si se inuito transire conarentur, prohibere posset. vbi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit, & legati ad eum rediissent, negauit se more & exemplo populi Romani posse iter per prouinciam illi dare: & si vim facere conarentur, prohibiturum se ostendit. Et quam Athenienses aucti & præmijs bellorum & gloria, urbem ex integro condere molirentur, maioraque mœnia complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmonijs cœpere, rectè reputantibus, ruinam vrbis tantum incrementi dedisse: quâtum sit datura munera ciuitas? Mittunt ergo legatos, qui moneant, ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruât. Themistocles spei vrbis vt vidit inuideri, non existimans abruptè agendum, respondit legatis, ituros Lacedæmona, qui de ea re pariter cum illis consulant. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos vt opus maturent. Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur, & nunc in itinere simulata infirmitate, nunc tarditatem collegarum accusans, sine

qui-

bus agi nihil iure possit, diem de die proferendo, spacium cõsummando operi quærebat: quum interim nunciatur Spartanis, opus Atheniensium maturari. Propter quod denuo legatos mittunt, ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit, Atheniensium legatos vinciant, pignusque teneant, ne in se grauius consultatur. Deinde adit concionem Lacedæmoniorum. indicat permunitas Athenas esse, & posse illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere, & si quid ob eam rem de se crudelius statueret, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos. grauius ipso deinde castigat, eosque non virtute, sed inbecillitate sociorum potentiam quærere. Sic dimissus, vt Iustinus scribit, veluti triumphatis Spartanis, à ciuibus excipitur. Pari calliditate Philippum Macedoniæ olim usum penes eundem historicum legitimus, quum Phocensium legati, adhibitis Lacedæmonijs & Atheniensibus, bellum deprecarentur. Ceteris Græciæ ciuitatibus auxilium contra Phocenses petentibus, secreto auditis vtriusque legationibus, his veniã pollicetur belli, iureiurando adactis responsum nemini prodituros: illis contra uenturum se, auxiliũque laturum: vtriusque vetat parare bellum, aut metuere. Sic variato responso securis omnibus, Thermopylarum angustias occupat, Phocensesque per fraudem subiigit, incendit, diripit. Antiochus vero rex Epyrotarum legationi mirum in modum

K 4 per-

perplexè, quum non esset satis in promptu, quid responderet, legatos se missurum ad eos dixit, qui de his, quæ ad illos seque communiter pertraherent, (vt inquit Liuius) loquerentur. Legatus nunciussue, vt ad Alexandrum scribit Aristoteles, mittentis sapientiam ostendit, quum sit eius oculus in his quæ videt, & eius auris in his quæ audit, & lingua in absentia sua. Propterea legationis officium fides, circumspectis prudentibusque semper iniungendum est. Philippus Macedonum Rex missos cum Xenocrate Calcedonio ad se legatos donis, vt Diogenes Laertius scribit, corrupit. Ipsum verò Xenocratem nulla ratione ad suum consensum inclinare potuit, postmodumque dixit, Xenocratem solum ex omnibus, qui ad se venerant, legatis, munera spreuisse. Ratione itaque nõ carebat Corinthiorum lex, vetans legatione fungentes munera accipere ab his, ad quos mittebantur. Quorum quidem Corinthiorum Legati quum à Dionysio, ad quem missi fuerant, dona, prout moris est, oblata, ob prohibitionem legis eorum, accipere recusassent, ait Dionysius, absurdam facitis (vt Plutarchus refert,) qui quod vnum bonum habet tyrannis, hoc tollitis, dum docetis etiam beneficium à tyrannis accipere periculosum esse. Nec prætereundum in hac re videtur, quod Sigismundi Imperatoris, & Ioannis vigesimi Pontificis temporibus accidisse legimus.

mus. Ad Sigismundum, quum in finibus Italiae esset, Ioannes pontifex legatos misit duos ex Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, iam pridem tantum agitata inter eos re literis & nuncijs. Vnum quippe remedium & Pontifici & Imperatori videbatur, generale concilium aduocari: sed erant circa hoc ipsum constituida multa, ceu locus, tempus, modus. Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundum legati. Communicauerat cum quibusdam ex intimis familiaribus suis Pontifex arcanam mentem & cogitationem suam: in loco, inquit, concilij totum est, nec, vbi Imperator plus possit, ego esse volo. Legatis igitur istis, qui à me mittuntur, mandata amplissima prestatemque maximam dabo, ad honestatis speciem, quæ palam ostentare possint atque proferre, secreto autem mandatum restringam ad loca certa: quæ subinde enumerauit. Quum in hoc proposito multos dies fuissent, tempus venit, quo proficisci legatos oportebat. Tum remotis cæteris, præter illos, quibus mentem aperuerat, legatos allocutus est, multisque verbis cohortatus est ad munus legationis diligentissimè obeundū, ostendens, quanti pōderis illa res esset, cuius gratia mitterentur. Deinde cōuersus pontifex ad beneuolentiam, quum eorum prudentiam fidemque laudaret, ac melius illos cognoscere, quid factu opus esset, quam se ipsum, diceret, dum istuc commemorat atque inculcat, affectus ipse

se beneuolentia, propositum diu cogitatum momento temporis immutauit. Decreuerã, inquit, loca quædam nominare, à quibus nullo modo decederetis: sed in hoc temporis puncto sententiam mutò, ac vestræ prudentiæ cuncta permitto: vos quid mihi tutũ, & quid formidandum sit, cogitetis. Chartulam, in qua ea loca scripta erant, in eorum conspectu lacerauit, absque vlla alicuius loci nominatione. Legati igitur ad Sigismundum profecti, Constantiam pro loco concilij elegerunt, urbem & transalpinam, & Imperatori subiectam. Quod simul atque Ioannes rescieuit, indoluit, seipsum ac fortunam suam detestatus, quod tam leuiter à proposito restringendorum locorum desciuisset. sed uoluntatem Dei nemo vitare potest. Horum legatorum factum ruinæ & depositioni pontificis initium & causam præstitit. Afrubal cognoimento Hædus, senex missus Carthagine, ad misericordiam excitandam poscendãque à Romanis pacem, animos solo flexit aspectu. Et tres maximi Philosophi, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, & Critolaus Peripateticus, ab Atheniensibus Romam ad Senatum populumq; Romanum legati missi imperatum, ut multam remitterent, quam fecerant propter Oropi vastationẽ, quicquid petierunt, obtinuerit, ac reportarunt. Et Caius Popilius, ut in Philippicis ait Cicero, quũ ad Antiochũ legatus missus esset, & verbis Sena-

tus nũciaffer, ut ab Alexandria discederet, quã obsidebat: quum tempus ille differret, virgula stantẽ circumscripsit, dixitq; se non antea renuociaturum se natui, nisi prius ille respondisset: quod facturus esset, prius quam ex illa circumscriptione excederet. Responsumque dare coegit. Præclaram enim, ut inquit Cicero, senatus faciem secum attulerat. Post mortem Iulij Cæsaris, nutante republica, in maximis suis periculis, nonne ad Marcũ Antonium, Mutinam obsidentem, & Decium Brutum consulem designatum cum L. Philippo, & L. Pisonẽ Seruius Sulpicius Iurifconsultus excellentissimus, qui ætate & sapientia illos omnes anteibat, legatus fuit? qui subito è vita ereptus, totam legationẽ orbã & debilitatã reliquit. Cui in legatiõẽ mortuo, ut in Philippicis Cicero scribit, ex ipsius sententiã, populus Roman. pro rostris statuã posuit, ut multos per annos progeniẽ eius honestaret, & pro breui vita Reip. causa amissa, diuturnã memoriã relinqueret. Quũ igitur legationem mittere opus fuerit, mitte fidos, circumspectos & prudentes: mitte etiam gratos, iuxta uetus adagiũ: si vis in tere mitte gratum. Non præteribo Illustriss. Princeps, laudabilem præcorum consuetudinem, mittendi legatos cũ donis muneribusq; ad reges principesq; ac amicos, varijs de causis gratulatum. Hinc à Latinis & Hænicis legati gratulatum de concordia patrum & plebis Romam uenerunt,

donumque ob eam Ioui optimo maximo, coronam auream in Capitolio tulere, parui ponderis, proutres haud opulentæ erant, vt ait Lilius. Colebantur enim religiones piæ magis quàm magnifice, Carthaginenses quoque, propter victoriam de Samnitibus habitam, legatos gratularum Romam misere, cum dono aureæ coronæ, quæ in Capitolio Iouis sella poneretur, & fuit viginti quinque pondo. Pariter Philippus Rex de victoria Romanorum contra Antiochum, legatos ad Senatum gratulantes misit, cum corona aurea pondo centum, in æde Iouis ponenda. Etiam à rege Siphace Romam legati venere, quæ is prælia prospera cum Carthaginensibus fecisset, memorantes, Regem nec amiciorum vlli populo quàm Carthaginensium, nec inimiciorum quam Romano, affirmabant etiam. Quibus Senatus non modo benignè respondit, sed ipse legatos cum donis varijs, vt Lilius scribit, ad regem misit, & protinus alios Alexandriam, ad Ptolemæum & Cleopatram reges, ad commemorandam & renouandam amicitiam, qui dona tulere regi, rogam, tunicam purpuream cum sella eburnea: Regina, pallam pictam cum amiculo purpureo. Silencio etiam non inuoluam, à Campanis olim legatos Romanam missos, postulantes vt alter consul Campanus fieret, si rem Romanam adiuuari velent, indignatione orta summo ueri à curia iussos fuisse, missumque lictorem, qui ex vrbe edu-

educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos iuberet. A Erolorum quoque legatis in Senatum Romanum quondam introductis, bello inter Antiochum & Romanos vigente, cum insolentia sermonis aures Senatorum offendissent, & vbi misericordia opus erat, iram & odium irritassent, Senatus consultum factum fuit, vt Aetoli eo die iuberentur ab vrbe proficisci, & intra quindecim dies Italia excedere. A Terentius Varro ad custodiendum eorum iter missus, denunciaturus, si qua deinde legatio ex Aetolis, nisi permissu Imperatoris, qui eam prouinciam obtineret, & cum legato Romano venisset Romam, pro hostibus omnes futuros. Et Tissaphernes Persarum Dux cum Agefilao foedus non ex animi sententia, sed metu (vt inquit Plutarchus) percusserat, ea lege, vt Græcas ciuitates liberè, suisque legibus viuere sineret. mox quam ingentibus copijs à rege suo accessit in Asia decederet, bellum illi denunciauit. Hoc foedus violatum libenter accepit Agefilaus, legatis hilari vultu respondens, se magnam habere gratiam Tissapherni, quod periurio suo & deos & homines sibi in se suos reddidisset, aduersè vero parti propitios. Simile fere est quod scribit Lilius, quando legati Carthaginenses missi ad petendam pacem à Senatu populoque Romano fuissent. Quum flecti, inquit, misericordia patres appareret, Senatorum vnum in festis perdidit Carthaginensium succla-

clamasse ferunt, per quos deos scelus actus essent, quum eos, per quos ante ictum esset, fessissent. Per eos dē, inquit Asdrubal Hædus ex legatis vnus, qui tā infesti sunt scœdera violentibus. Hæc de legatis memoranda ex his, quæ legimus, occurrerunt.

150. In rebus asperis fortissima quæque consilia tutissima sunt, quia si occasiones, quarum vis fortissima momentis præteruolat oportunitas, cunctatus paulum fueris, ne quicquam mox ommissa (vt Lilius ait) queraris. Audaciatq̃ pro nullo habetur, quum audentes fortuna iuuare soleat. Verum ubi & quando celeritate opus sit, inferius late explicabitur.

151. Quæ paritura sunt odium, * per alios expedire faceretq̃ memineris: quæ verò amorem & gratiam, per te ipsum. hoc pacto magna pars inuidiæ in eos defluet, per quos res geritur, eruntq̃ quos magis oderit populus, quam principem.

152. Non tacebo etiam, * quod Fuluius Romanorum consul, capta per Romanos Capua e gisse scribitur, quum enini producti Campani ad palum deligarentur, eques Citus ab Roma venit, literasq̃ ad populo Romano Fuluii consuli tradidit. Murmur à tribunali totam concionem peruasit, deferri rem integram ad partes de Campanis. Id ita esse ratus, acceptas literas neque resolutas cum in gremio re posuisset, præconi imperauit, vt lictorem legere agere iuberet. Ita sumpsum de his supplicium

tum literæ lectæ Senatustq̃ consultum, seruum ad impediendam rem actam, quæ (vt Lilius ait) summa ope approperata erat, ne impediri posset. Ex quo si res quandoque forsitan se ita offeret, exemplum minime spernendum sumi poterit, & tali stratagemate, calliditq̃ consilio laudabile propositum poterit princeps exequi.

153. Studere autem principem oportet in his eligendis, quibus corporis & rerum familiarium curam permiserit, * sed potissimum in his, quos à secretis constituerit. Vt enim Aemilius Probus testis est, nemo ad id officium admittebatur, nisi honesto loco & fide & industria cognita, quum necesse sit omnium consiliorum eum esse participem. Sapiēter igitur egit inclytus genitor tuus, qui præ alijs huic prouinciæ Magnificum Ioannem Vulliet, castri Sancti Petri vallis augustæ regulum præfecit, virum fidum, ac circumspēctissimum, qui ætatis prolixæ beneficio, vt Apuleiano vtar verbo, multis experimentis instructus, nō in vultu tantum, sed vt Plautina anus ait, in occipitio oculos habet.

154. Duo præterea sunt amplissime Princeps, quæ imperare volentibus scire conuenit, an liceat, * expediatq̃ mediæ viæ inuiti, an neutram contenduntium partium sequi, suatq̃ conditionis vrbes, oppidaq̃ munire, ac ab omni externa vi loca ipsa secura facere, in expugnabiliaq̃, quoad fieri possit, reddere. Quam

De electione
& constitutio
ne familiarum
& secretariorum.

An expediat
principem esse
neutrale[m],
vrbes, oppida
& arces munire,
ac ab omni
vi loca in
ipsa secura fa
cere.

scrupuloso difficultè loco verfer intelligo, quæ ratio vitæ in his sit ineunda, magnæ est deliberationis. Quoniã igitur magna est quæstio, non est præcipienda, indiscussa temeritate sententia. Absoluendo itaque primum quæstionis caput, tempus, locus, contendendum qualitas, & conditio, aliâq; multa consideranda sunt. Ab historicis huiusmodi via media (neutralitatem appellant) reprobati videtur, plurisq; fieri princeps, qui manifeste amicos & hostes eos habiturus est, quos amicus suus habet. In bello, quod aduersus Philippum Macedoniæ regem Romani gerebãt, Achæorum societatem amicitiamq; petebãt: Philippus, vt secum starent, modo postulabat modo, ne interessent armis, contentum se esse dicebat. Ad quæ Achæorum prætor, vt est apud Liuium, Satis, ait, exemplorum nobis alienæ clades præbent, ne quæramus, quem admodum cæteris exemplo sumus. Nolite, quia vltro Romani petũt amicitiam, id quod optandum vobis ac summa ope petendum erat, fastidire. Nam quod Cleomedon legatus Philippi modo, tanquam vobis mediam & tutissimam viam consilij, vt quiesceretis, abstinereq; armis, ostendebat: ea non media, sed nulla via est. Etenim præter quã quod aut accipienda, aut aspernanda vobis Romana societas est, quid aliud quam nusquam gratia stabili, velut qui euentum expectauerimus, vt fortunæ applicarem nostrã consilia,

lia, præda victoris erimus & iterum alio loco, Quod optimum esse dicant, non interponi vos bello, nihil omnino tam alienum rebus vestris est. quippe sine gratia, sine dignitate, præmium victoris eritis. Solon, qui Atheniensib. leges dedit, vt in noctibus Atticis elegãter A. Gellius scribit, neutralitatem rem ciuitati perniciosam censuit, exilioque neutrales multauit. Stante Concilio Basiliensi, quum Germani neutralitatem quandam recepissent, & ab Eugenio & ab ipso Concilio reprobati fuere. Et sunt, qui Angelos quosdam è cælo præcipitatos aiunt, quia Michael archangelo cum Dracone pugnante, stante bello, dubij fuerunt, nec agno adhærentes, nec Lucifero. Bononienses eos, qui diuisa Ciuitate partem nullam recipiunt, malè transuersos appellant. Temporibus pariter Ciuiliunt bellorum inter Cæsarem & Pompeium, consultante Cneo Pompeio de medijs ac neutram partem sequentibus, hostium numero habendos (vt ait Suetonius) censuit Nero. Ipse verò Cæsar moderationem ac clementiam iam tum admirabilem exhibens, medios ac neutrius partis, suorum sibi numero futuros pronunciauit. Ideo in orationibus inquit Cicero, Cæsaris actiõnes extollens, Te dicere audiebamus, nos oēs aduersarios putare, nisi qui nobiscum essent: te omnes, qui contra te non essent, tuos. Equidem in his, quæ ex gratia fiunt, arbitrioq; dependent, neutri auxilia

subministrare, licitū esse creditum est. An ex-
pediat, quæ in superioribus diximus conside-
randa sunt, & quæ rea tāgit, scire magis oportet.
Iubete illo tamen, cui ex iuramento fidelitatis
astringitur, iussus ut pro se contra hostes eius
arma assumat, neutralitatē minime licebit te-
nere. Circa secūndā partem quæstionis propo-
sitæ, inter prudentes varię fuerunt opiniones
& cōtraria principum exempla. Nonnulli lo-
ca munitissima construere totis viribus cura-
runt, alij sic munita cōstruētāq; euertere, prin-
cipē, qui populū suum magis quam exteros
timet, huiuscemodi munitioibus operam
dare studereq; debere, quibusdam placuit: de-
sistere verò, si exteros magis quam populum
suum vereatur, & timeat. Ut tamen experi-
mēto patuit, populis & principibus, ac Excel-
lentis. Genitori tuo, ne loq̄e exēpla petamus,
asperis hisce turbulentissimisq; temporibus
magis profuit consilium tenentium primam
partē sequi, & in posterum fortassis proderit:
modo talis sit princeps, qui sine populorum
oilio, loca ipsa tenere conseruareque possit.
Damnantur, n. principes, qui locis ipsis confi-
si tētēq; odii populorū parui faciunt, nulli, n.
maiores copię, tutioraque loca esse possunt,
quā ei, qui plurimum amatur. Hoc vnū in ex-
pugabile regnorum munimentum sapientes
predicant. Non sunt, n. ad amantina Imperij
vincula illa, quę Dionysius Tyrānus dicebat,
Metus, violentia, clāsis, præsidium decem

millium armatorum: sed beneuolētia, gratia,
bonitas, innocētia. Hinc Antigonus Macedo-
num Rex amicis suadentibus, si Athenas ca-
peret, ut validis præsidij communit, ne quā-
do deficeret, summaq; cura ut totius Græciæ
basina custodiret: se semper in hac sententia
fuisse respondit, ut crederet nullum esse re-
gni præsidium firmitus, quam Ciuium bene-
uolentiam. Et Ageilaus percunctanti, cur
Sparta mœnibus non cingeretur, ostendit Ci-
ues armatos: hi sunt, inquit, Spartæ ciuita-
tis mœnia: significans (ut ait Plutarchus) Rēp.
nullo munimēto tutiorem esse, quā virtute et
beneuolētia subditorū, quæ ex modestis prin-
cipum actioibus proueniunt. Dumq; his re-
tro exactis diebus magni quidam viri Lucā
profecti, urbem ipsam ingredientes, situm &
fortitudinem loci mirum in modum mirarē-
tur, viderentq; munitam tormentis bellicis:
respondit ex Senatoribus prædictæ Reip.
vnus, est adhuc nobis maior fortitudo, quæ
videlicet in brachio Cæsaris consistit, inq; no-
storū Ciuiū vnione. Tamen principatui &
Imperio necessaria sunt arces & castra, ad
quæ se conferat princeps, cum familia sua.
Cuius rei documentum à David rege accipi-
tur, qui post captā Hierusalem, montē Sion
apprehendit pro munimēto, arce ibi cōstru-
ctā, vbi vitam cū suis degeret. Et huiuscē rei
multæ sunt causæ, vna sumitur ex parte prin-
cipum, quibus expedit in loco tuto esse, quo re-

gentes, corrigentes & gubernantes magis securi sint, & in executione Iustitię audaciores, eorumq; honestas magis conseruetur: ne ex conuersatione nimia, vel ex incauto aspectu eorum maiestas vilescat, vtp̄ illorum diuitiũ, quibus vt dictum est abundare debent, tutius cõseruari possint. Alia ratio sumitur ex parte populi, qui magis sensibus mouetur, quam ratione ducatur. Quum enim sumptus magnificos in munitioibus eorum vident, ex admiratione ad parendum suis mandatis ac ad obedientiam inclinantur, propterea rebellandi, vel se hostibus dandi causam ita facilem non habent. Sed de his satis.

Secundæ res illustrissime Princeps, sunt tanquã speculũ quoddã nostri, quæ vt de magistratu dicitur, qualis quisque sit ostendunt. Quam obrem maximè seruãda erit cõtinentia, quum quicquid libuorit, licuerit: cohibendus erit animus, ne efferatur, ne insolescat, ne obliuiscatur sui ipsius, atque ita institutus, vt se è libertate in seruitutem, è diuitijs in paupertatem, & ex alto atque illustri loco, in infima obscuraque deijci aliquando posse cogitet. Est enim præsens vita procelloso mari simillima: illius finis in litore, huius in morte: vterque, portus rectè dicitur. Inter viscum & laqueos secura auis volitat, piscis inter hamos ludit, inter plagas fera sæpè, vbi periculus est, & pavoris minus. Ars fortunæ est, vt licentius feriat, metum demit, quo potentia magis,

155.
In secundis re-
bus qualiter
se habere de-
beat princeps.

magis, eo magis in illa imperium fortunæ tepide se exercet. Ingens prosperitas aduersitati magnæ viam facit. Caveat omni modo Princeps, ne cuiquam patrandi contra se facinorosi causam præbeat.

Qui temperantem te senserit, turpia nunquam petere audebit. O te fortunatum Marce Cato, inquit Cicero, à quo rem improbã petere nemo audeat.

Admonitores voluptatum s̄, vt pestem perniciosissimam fugito. Sunt enim animi quãuis bene instituti coinquinatores: quibus qui delectetur, impossibile est illũ seruare aliquem vitæ modum. Quum enim iuuenes ætatis feruore ipsi per se ad Venerea rapiuntur, nulla erit spes reliqua, si malignus quoque consilio comes accesserit. Fabricius à Senatu Romano ad Pyrrum legatus, dum moram apud regem traheret, à Cynea, qui versa vice à rege aduenerat, audiuit, esse Athenis quendam, qui sapiens haberetur, disputare solitum, ac diffinire, omnia, quæ in vita agimus, ad voluptatem referri: illam finem ac præmium esse actionum laborumque omnium. Quo audito, temperatissimus vir obtupuit. quod quũ domi narraret, Titium Coruncanum & M. Curium optasse ferunt, vt talem sapientiam hostibus pop. Ro. Dij darent. Priõ cõto enim qui voluptati eorum suarum terminum constituit, nihil gloriosi aut magnifici operis, illa semper animum torquente, suscipiet. Habe-

156.
De virtute illa
perante prin-
cipũ.
157.
Voluptatum
admonitores
à principibus
esse expellendos.

ha, vt historici tradunt, Claudius Nero pluri-
mos voluptatum conquisitores, quem ta-
men vix exitum ipse habuit? quem &
alij multi, ac fere omnes ab eo non dif-
similes.

Quumque omnis tum consultatio, * tum
actio sit de consilijs capiendis, aut de rebus
publicis, aut priuatis, vt Pontanus scribit: in
capiendis consilijs oportet multa audire, plu-
rima circumspicere, causas singulorum, quæ
dicuntur, exquirere: non statim assentiri, nec
etiam semper palam improbare: sententias
aliorum ita examinare, vt mentes dicentium
videare velle introspicere: quod ipse sentias,
aut non statim, aut solum paucis aperire: In
dicendo cautum & breuem esse, pro rerum
tamen qualitate parce reprehendere: raro, &
non nisi magna ex causâ, obiurgare. Iracun-
diam colibere, tanquam maiestatis inimi-
cam: in nullo ita efferrî, vt (quod aiunt) line-
am transcas.

In summa: iniquis consultoribus, * qui ne-
que famam neq; salutem tuâ diligunt, aures
præbere noli, nec leuiter credere. Et si. n. mini-
mè decet quoscuq; more frondium quibus
uis statibus flexibiles esse: his potissimum in-
decorum, immo perniciosissimum est, penes
quos tanta potestas est, vt quod facere velint,
exequantur. Licet. n. obstinata non credenti-
durtities quandoq; laxerit, sapius tamen leui-
ter credidisse exitio fuit. Quid namq; stultius-
obsecro,

obsecro, quam cunctis sabellis aures cordis
habere patulas, & tanquam certissimis fidem
adhibere, quum hominû inter se sint tam va-
ria certaminis studia. Nihil profecto tam cre-
dula existimatione stolidius. Quû Sennache-
rib potentissimus Assyriorum Rex, Hierusa-
lem obsideret ingenti exercitu, regè ad collo-
quium vocauit, & noluit exire, perditione (vt
in libris Regum scribitur) & credulitatis peri-
culû timens. Vt. n. Vegetius rei militaris peri-
tissimus ait, frequētius conuersiones pacisq;
simulationes credulis magis nocuere, quâ ar-
ma. Circumspiciti quidem viri ac constantis
est, negligere neminem, verum pro meritis
vnumquemque pendere, & ne de incognitis
præcipiti sententia falli possit, seipsum colligere,
& quasi è speculamentis librato iudicio
intueri, quis verba faciat, ob quod meritum,
in quem facta, in quo loco, quo in tempore,
iratus an quietus animo, hostis an amicus, in-
famis an honestus homo sit. Quum igitur re-
pentina credulitas mater sit erroris, nouerca
consilij, similitari causâ, præcipitiū obsequen-
tis, & pœnitentiæ semper proxima: credulita-
tis testinantiâ semper abhorreere æquû & salu-
berrimû erit dignissimè Princeps, ita vt nil te-
mere credas, ex abrupto te agas, vcrû omnia
diligenti & matura consilij examinatione præ-
cedite: & te non pœnitabit. Publicæ vero res,
vt quæ ad quietè populorû & ditionis moder-
ationè pertinet, arte alia tractandæ sunt. popu-
los

153.
Circumque
satur consul-
tatio princi-
pi.

159.
Antequam
cōsultoribus
non esse præ-
benas, & de
credulitate
auitanda.

los tuos oportet tum literis, tum nuncijs, pro rebus temporibusque, quum absens fueris, sæpius vt horteris, moneas, excites. Nec semper expectabis dum rogant, sed vltro & non rogatus, quum potes, beneficium conferes, & multitudinis rationem semper habendam esse memineris, totumque Reip. tuæ corpus ex æquo curandum, prout in superioribus diximus, scies.

160. *In re idem dū esse, nō habi ta personarū ratione.*
 Cum legas qualiter te habere debeas, satis ostendimus. Vbi verò de iure agitur, à præceptis Iustitiæ, de quibus suo loco diximus, minimè discedas. A te nullū personarum discrimen habeatur, sed ipsarum legum personam induas, quæ eædem semper sunt omnibus, quamuis Græculus ille Anacharses leges aranearū telis compararet. Nam illas infirmiora animalia reuere, valentia transmittere: ita his humiles, & pauperes constringi, Diuites & præpotentes non alligari dicebat: arguti magis, quam vere. Priuatis rebus lex erit, vt peregrinos humane excipias, attentus audias, liberaliter tractes, in omnibus facilem te eis ac benignum præbeas. Studeas autem, antequam te adeant, quoad poteris, nosse, quod sit suum ipsorum ingenium, quibuscum vixerint, quas artes fuerint secuti, quas etiam sequantur opiniones, factionesue: tristes ne sint, hilares, suaves, & dicaces in sermone, au duriores: quæ afferant mandata, quid impetrare cupiant: publice veniāt, an priuatim.

Mo-

Mores quoque nationum & studia sunt diligenter noscenda. His enim cognitis, facile intelliges, quid agere te ipsum oporteat. Eos familiariter alloquere, illorum sermone te delectari Princeps inclite ostendens: multa etiā ab illis de moribus nationum, de situ locorum, de his quæ inter peregrinandum memoratu digna viderint, vel audierint, doceri studeas. Inuitandi sunt etiam, de rebus tum iocosis, tum grauib; vt aliquid dicant, quod tum admirationem, tum voluptatem pariat. Quum verò in eum sermonem tecum venerint, vt impetrare aliquid abs te contendant, tum oportet vt liberalitatem munificentiamque præ te feras, & vbi aut dignitas tua, aut ea quæ ab illis petuntur, exigent, religionem, iustitiam, constantiam, mansuetudinem. Quum dimittendi sunt, blandis verbis & comitermone alloquere, nec contentus his, quibus eos condonaueris, multa insuper pollicaberis. Et quum in gestu non parum homines ponant, sit incessus tuus non mollis, non concitatus, non dissolutus: medium inter hæc tenendum. Absit ab omni corporis motu rullitas, petulantia, & risus immoderatus, qui, te ste Philosopho, reuerentiam tollit. Quantum Hortensium plurimum in corporis decoro motu repositum arbitrantem, plus pene studeij in eodem laborando, quam in ipsa eloquentia affectanda, impendisse legimus.

Deinde quia silentium maxime commen-

L. 3 da

161.
De gestu principis.

162.
*Cōsilia ex ge
 sta principū
 non esse enun
 tianda.*

datur, non solum in arduis, verū etiam in le-
 uioribus rebus, *hinc Pittacus Mytileneus,
 quod facere, inquit, instituis, noli prædicare.
 Si enim facere nequiveris, rideberis. Et Licur-
 gus Lacedæmoniorum Rex, vocatis ad se
 coniuvis feras ostendi mandabat, per ea nul-
 lum egredi debere sermonem præmonens.
 Interesse enim ad cōseruandā auctoritatē, ne
 per totum in cōsilijs dicta spergantur vulgus,
 & magis expedit, ne serio dicta, & quæ cōclu-
 dūt tractaturæ in reb. grauioribus & serijs,
 per alios cognoscantur, aut intelligātur. Hinc
 Plaut⁹ in milite glorioso, Sinite, inquit, me pri-
 us perspectare, ne vspiā insidiæ sient, cōsiliūq;
 habere volumus: opus est tuto loco, Inimicus
 ne quis capiat cōsilia nostra. nam bene con-
 sultum inconsultū si sit, inimicis vtile esse po-
 test. Et bene cōsultū surripitur sepius. quip-
 pe si rescire inimici consilium tuū, tibi tuo-
 pte consilio occludunt linguam, & constrin-
 guntur manus, atque eadem, quæ illis volui-
 sti facere, facient tibi.

Itcirco Romani taciturnitatem, optimum
 ac tutissimum administrandarum rerum vin-
 culum, nunquam labefactari volebant. Quū
 ergo Quintus Metellus bellum in Hispania ge-
 reret, & modo has, modo illas cum exercitu
 regiones peteret, quum interim tam suis om-
 nibus, quam hostibus ignota esset inopinata
 ac subita fluctuationis causa, interrogatus ab
 amicissimo, vt quid ita sparsum & incertum
 mili-

nilitū genus sequeretur: Absiste, inquit, istud
 quærere: nam si huius consilij mei interiorē
 tunicam consciam esse sensero, continuo eā
 cremari iubebo. Quæ igitur finem habuit dis-
 simulatio illa & taciturnitas? postquam exerci-
 tum suum ignorantia, & totam Cæliberiam
 errore implicauit, quum alio cursum direxisset,
 subdito ad Trebiam reflexit, inopinatam
 & attonitā oppressit, ad cuius monia nisi ea
 via processisset, ad vltimam senectutē ipsi
 armato sedendum fuisset. Rursus quum Eume-
 nes Asiæ rex, amantissimus Romanorū, bellū
 à Perse aduersus pop. Romanum comparari
 senatui nunciasset, non ante sciri potuit, quid
 aut ille locurus esset, aut partes respondissent,
 quā captum Perse cognitum est. Fidem erat
 & altū, vt ait Valerius Maximus R. P. pectus,
 cura silentijq; salubritate munitum, cuius li-
 men intrantes, abiecta priuata charitate, publi-
 cam induebant. Itaq; non vnum, inquit, sed
 neminem audisse crederes, quod tum etiam
 rum auribus fuerat commissum. Hinc etiam
 Pompeij probabilis constantia, qui dum lega-
 tionis officio fungeretur, à Gentyo Illyrico-
 rum rege interceptus, quum Senatus consilia
 prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotū
 digitum cremandum præbuit, & ea patientia
 regi desperationem, tormentis quicquam ex
 se de ipsis secretis cognoscendi, excusauit. Cu-
 randum est igitur, vt tua consilia, præcipuè ar-
 cana, nemo enunciet, quinimo Harpocratem
 quilibet intimorum tuorum agat.

163.
*Quania sit
 ocij et nego-
 tij differen-
 tia, et de con-
 sideratione in
 bello suscipi-
 do.*

Ocium pulcherrime Princeps, vitandum & fugiendum est, uti famæ vitæque contrariū, & corporis salutis damnosum, magis quam negotium, quemadmodum voluit M. Cato, qui vitam humanam ferro comparabat, teste Gellio in noctibus Atticis: Vita, inquit, humana est sicuti ferrum. Ferrum si exerceas, conteritur: si non exerceas, rubigo tamen inficit, plusque detrimenti secundum, quam primum facit. App um Claudium propterea solitum dicere accepimus, negotium populo Rom. melius, quam ocium committi: non quod ignoraret, quam iucundus tranquillitatis status esset, sed quia animaduertet, prepotentia Imperia agitatione rerum ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete desidiam dissolui. Hinc Flacci verbum est, Ocium reges prius & beatas perdidit vrbes. Quinti quoque Metelli tum grauis semper, tum etiam illa in Senatu Roma. sententia, qui deuicta Carthagine nescire se, illa victoriam boni plus an mali Reipub. attulisset, asseueravit: quoniam ut pacem restituendo profuisset, ita Annibalem submouendo, non nihil nocuisset. Eius enim transitu in Italiam dormientem populum Roma. in virtutem excitatam, metuique debere, ne acri æmulo liberata, in eundem somnum reuolueretur.

Nusquam tamen oportet Principem esse cunctatorem, & circumspectiorem, linceum que magis, quam in suscipiendo bello, quod
 etiam

etiam si iustissimum sit, omnium bonarum rerum naufragium, & omnium malarum pe- lagus nuncupatur. Quod nisi summa obseruatione per Romanos indicebatur, nec vllū bellum iustum esse credebatur (vt inquit Cicero) nisi quod aut rebus repetitis gerebatur, aut denunciatur ante, aut indictum fuisset. Facile sumitur & inchoatur bellum, sed ægerrime (vt Salust. ait) definitur, quum in eiusdem potestate non sit initium & finis. Dies me deficeret, si quæ dici in eam sententiam possunt, exprimere aut attingere vellem. Nec de bello libellum compono, aut hic te instruere in militari quæro disciplina in qua tamen maxime principibus cōuenit esse instructos, posseque exercitus ducere, & corpore suo, quū opus fuerit, pugnare. Obiter tamen dicam, quod Iulius Cæsar, pro quo æther militare vi debatur, quamuis bellandi semper cupidus fuisset, vsque adeo vt non ex destinato tantum, sed ex occasione, & sæpe horridis tempestatibus, quibus nedum castra moturus, sed nec iter ingressurus quisquam videretur, pugnam capessere consuecet, in extremo tempore ætatis ad dimicandum cunctatior factus est, quo sæpius vicisset, hoc minus experiendos casus opinans (vt Suetonius scribit) nihilque se tantum acquisiturum victoria, quantum auferre calamitas posset. Et apud Liuium, Annibal se magis cunctantem & quiescentem Fabium, quam Marcellum pugnan-

nantem formidare dicebat. Octavius Caesar prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi quum emolumenti spes maior, quam damni metus ostenderetur. Nam minima commoda non minime sectantes di-
 scrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnus nulla captura pensari posset. Africanus negabat aliter cum hoste confisigendum, quam aut ob casum obuenisset, aut necessitas incidisset. æque prudenter, nam & prosperam gerendæ rei facultatè ommittere, maxima dementia est, & in angustiis utiq; pugnandi cõpulsus, abstinere se prælio, pestifera ignavia: quæ affert exitium corû, qui illa committunt. alter beneficio fortunæ uti, alter iniuriæ nescit resistere. Dicebat præterea idem Scipio Africanus, turpe esse duci, in re militari dicere, non putaram: quia videlicet explorato & excusso consilio quæ ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur. summa ratione. Inemèdabilis, n. error est, qui violentia Martis committitur. Optime igitur sentit Aristoteles, qui bellum pacis gratia tantum suscipiendum scripsit. Ut cætera præteream, silentio tamen non inuoluam Vegetij militarem disciplinam, quæ secundum sententiam Lacedæmoniorum, siue Athenientium, numerum exercitus restringit ad decem millia peditum, & duo millia equitum, aut viginti millia peditum & quatuor millia equitum, multitudinem damnosam esse ostendens, tum quia

quia difficiliter regitur, tum quia laboriosius circa comineaturo prouidetur. Imperum tamen multitudinis, nisi cum multitudine, sustinere non possumus. Sic, n. Iudas Macchabæus, qui contra multitudinè Bacchidis principis Demetrii regis paucis pugnavit, recedente ab eo gentis suæ multitudine defecit. Hinc Saul, contra multitudinem hostium, multitudine vsus est. Vnde, quum Naas Ammonites rex eiusdem regionis, cum multitudine obsideret Iabes Galaad, ad trecenta millia filiorum Israel congregauit, totidemq; de tribu Iuda ad expugnandum Ammonitas, ut in libris Regum scribitur. Hinc formidabilis est Turcarum Princeps, propter infinitam hominum equorûq; multitudinè, quam ad bellum secum trahit.

Et quum nulla res tam inimica consilij sit, quam celeritas, non sunt præcipitanda consilia, neque statim ad primos animi impetus quidpiam agendum, quod in magnas sæpè ruinas, & ingentia pericula trahere se cum soleat: fugiendumq; iuxta Ciceronis præceptum, ne si neurgenti causa, quo nihil stultius, nos periculis offeramus. Maximeq; periculosa est audacia, ubi vires spiritui non suppetunt. Quintus Fabius ne Roma opprimi posset, cunctatione sua egit: at Publius Scipio celeritate sua Carthaginè oppressit. Nonnunquam igitur celeritate opus est, sed non antequam necessitas postulauerit. Idem Fabius extrema necessitate poscente, satis velox, & audax fuit.

Quum

164.

De celeritate
et mora.

Quum enim vidisset collegam suum, hominem expeditum, & temerarium, ab Annibale superatum, & Rempub. summo in discrimine versari: nunc signa, inquit, extra vallum proferte: victoriam hosti extorqueamus: summa celeritate rem restituit. exposcente itaque necessitate, utendum est celeritate: aliter, pro sententia Augusti Cæsaris, festinandum est tarde. Satis enim celeriter fieri dicebat, quicquid fieret satis bene. Quandoque igitur celeritate, sapius cunctatio nec, secundum subiectam materiam, actiones tuas conficies, Princeps optime. Memineris tamen id apprime in vita utile esse, iuxta Terentianum Sotiam, ut comode fiant omnia, ac ne quid nimis. Hinc etiam Flaccus:

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Quibus ad stipulatur illud Aristotelis ad Alexandrum Magnum, quum viderit, inquit, rex bonum aliquid aut utile faciendum, discrete faciat, nec tardus, nec velox nimis: ne remissus vel impetuusus videatur. Neque in disceptationem adducas, an fieri debeant, quæ tu ipse facienda noueris, hoc est, principem esse, & bonum principem, & quem boni amant, mali timeant. Ut enim Plinius ait, qui per alios reguntur, nec per se intelligunt, quæ sint agenda, contemptui sunt.

Quantum amplissime Princeps, * à scrip-

ptoribus extollantur, qui fortitudine præditi, & atq. aduersa generoso spiritu abundant, ut in rebus prosperis iuperbia, & insolentia victi non fuere, ita rebus aduersis palmæ arboris instar, contrariæ fortunæ non cesserunt, neque succubuerunt, pluribus exemplis, quæ nobis offert antiquitas, facile cognoscere possumus. Sed præ oculis est clarissimi genitoris tui exemplum. Pricum enim Dei fauore, deinde sua singulari pietate tum prudentia, tot annos hanc eius ditionem sic administravit, gubernavit, rexit, ut felicitas in eo regnare videretur, & vicini omnes hoc quoque fruerebantur bono, quæ modo tam diutinis bellis, & latrocinijs vexatam, tantis ærumnis, calamitatibusque in uolutam videmus, ut verum esse experiamur illud Cæsaris dictum, fortunam plerumque eos, quos plurimis beneficijs ornauit, ad diuiniorem casum referuare. Hæc fortunæ fides est, res humanas vertit pariter & euerit, omniaque ad libitum rotat. Quis maioribus fortunæ calamitatibus expositus? quis grauioribus tempestatibus immerfus? quis principum iuste dominantium tot ærumnis, tot casibus aduersis inuolutus iactatusque, ut ipse, fuit? Vlysses quidem ille Homericus præ eo Poly crates quispiam (ut aiunt) videri posset: neque tamen fortunæ cessit, neque afflictus, & plorabundus iacuit, ita ut in aduersis nullus vnquam eum succubisse cognouerit. Hometus Tydeum paruo fuisse corpusculo deco-

M xima,

racum scribit, in quo tamen anima esset maxima, viresq; ingentes, & Xantippus Lacedæmonius, qui breui statura erat, à Silio ita laudatur, Exiguus, vigor (admirabilè) mèbris, Viuidus, & magnos nixu qui vicerat artus, Supra Tydeum, & Xantippum, Illustrissimū Genitorem tuum, Princeps inclite, constitua, qui in exandandis ærumnis, in laboribus tolerandis magnum se præbuit, & omnibus admirandum se ostendit, vt in exiguo corpore Herculeū animū regnare posse cōprobauerit, & iam ipsius magis, quā vllō veterū exemplo nos possumus confirmare. * Sed vitā suā non mediocriter honestabit tanta fortunæ sœuitis iniquitas. Vt. n. in Mario Maximo plurimū auididit laudis fortunæ vicissitudo, ita quidā Alexandro hoc detrahunt nomine, quod perpetuo penè rerum successu vsus fuerit. Egregiū nauclerū aduersa tempestas arguit. Vlyssen magis illustrarunt tot duri labores, quā fecelicer excisa Troia. Quinti Metelli præclarum Imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena grauitatis: huius tamē viri laudem ad sempiternam gloriā suæ memoriam, temporis calamitas ppagauit. Quæ vnquā secūda fortuna tantū honoris, & gloriæ vix Ciceronis attulit, quantū exilij sui calamitas? Si. n. tràquilla, & pacata ei fuissent omnia, incredibilis, vt ipse scribit, lætitia voluptate, & gloriosi in patriā reditus, caruisset. Nā et si optabilius est cursum vitæ sine dolore, sineq;

iniuria

iniuria cōficere: attamē ad gloriæ immortalitatem plus affert, hisce angustijs inuolutum fuisse, quā nūquā odio violatū, ac persecutiones passū. Præterea quæ admodū diu ad bona hominibus largiēda ppēli sūt, ita hominū quoq; virtutes solerter expetūt, & quos in tolerandis calamitatibus fortes offēderint, illos vtpote magnanimos, maioribus beneficijs profequuntur.

Est etiam sapienter dictum, quos Deus diligit, corrigit & castigat, hoc modo temeritati hominum maximè consulens. Multos enim quos & quotidie videmus, secunda fortuna præcipites egit, cum quibus quanto melius actum esset, si non plenis velis, sed aduerso interim vento delati essent? Propter peccata nostra, euenire quoq; nobis mala, scelera nostra nos odiosos facere, certū est: & iniquitates nostræ possunderunt nos, quos inter & Deū diuulsionē fecerūt, abscondentes faciē illius à nobis. Aggrauata est manus domini super populū peccatorē, & tradita est flagellis superbia nostra. Iā nemo est, qui satis officij sui faciat. Nā principes & superiores magistratus recto tramite nō incedunt, necq; secūdū vias domini ambulant, nec virgam iustitiæ rectā tenent, sed cumulandis opibus solummodo inhiare videntur: inferiores obedientiæ colla nō submitūt. Vanitate & superbia repleti sumus, cultus diuinus vbique diminutus est, omnia consūta & turbata sunt, blasphematur falsim diuina pietas, & in mandatis suis contemnitur Deus, nullus timor,

166.
Vn: hominū
sapienter ad
meior casū.
quæ ex fortunā
na prospera,
illustrari.

167.
Propter dei a.
more & no-
strorū peccato
rum odiū, va-
rijs affligi-
mur malis.

nulla reuerentia legum. Hinc nobis iratum
 coeleste numen, hisce calamitatibus nos in-
 uolui permittit, neque acceptat opera, quæ fa-
 cimur. Ex quo in maximo peccato nos esse
 constat, supraque nos stare iram Dei, qui post-
 quam emendationem nullam in nobis vi-
 det, virgam furoris sui commouens, princi-
 pes & magistratus plectit, populique superbiâ
 corrigit & castigat. Et quemadmodum in prin-
 cipio historiarum suarum Orofius inquit, proculdu-
 bio bella, in quantum sunt, aut manifesta pec-
 cata sunt, aut occultæ punitiones peccato-
 rum, quum Deus non puniat vniuersaliter,
 nisi propter vniuersale peccatum. Quibus
 quidem peccatis olim offensus etiam Deus,
 Aegyptiis immisit ranas, locustas, cyniphes,
 aliasque pestes. In confinio item Arabiæ & Pale-
 stinæ, ut ipse Orofius refert, quinque magnæ
 & amplæ ciuitates fuisse referuntur, quibus
 & soli sæcunditas suberat, & Iordanis flui-
 us per oporta diffusus, ac per oportuna diuisus,
 augmentis vbertatis impendebatur. Huic vni-
 uersæ regioni, bonis malè ytenti, abundantia
 rerum causa malorum fuit. Ex abundantia, n.
 luxuria, ex luxuria sædæ libidines adoleuere.
 Deus itaque iratus super hanc terram, igne & sul-
 plur pluit, totamque regionem cum populis
 atque urbibus exustam, testem iudicij futu-
 ram æterna pœna damnauit. Porro quum res
 ipsa loquatur, hanc tempestatem nobis diuini
 tus inmissam a Deo, nostris sceleribus offen-

so,

so, nemo tamen agnosens sua commissâ,
 Domini misericordiam inclamat, sed sibi
 quisque blanditur, & alius in alium culpam
 reijcit, & occalluimus aduersus flagella Dei,
 obduruimus aduersus illius medicamenta.

Reuertamur igitur ad clementiam eius,
 opera emendantes nostra, & dolentes super
 iniquitatibus pœnitentiam agamus. mutabit
 & ipse Deus sententiam suam, furoremque à
 nobis auertet, sæuisque exantlatis casibus (ut
 Apuleiane loquar) passam pacemque tribuet,
 nosque respirare permittet. Non est enim ab-
 breuiata manus Domini, ut saluare nequeat,
 neque aggrauata eius auris, ut non exaudiat.
 Metellus Numidicus, grauis & disertus vir,
 oratione, quam in censura ad populum de-
 ducendis vxoribus dixit, sic pulcherrimè ait.
 Dij immortales plurimum possunt, sed non
 plus velle debent nobis, quam parentes. At
 parentes, si pergunt liberi errare, bonis exhar-
 redant. Quid ergo nos à Dijs immortalibus
 diutius expectemus, nisi malis rationibus si-
 nem faciamus? ij sdem Deos propitios esse a-
 quum est, qui sibi aduersarij non sunt. Illu-
 stres viri, & à luculentis celebrati scriptori-
 bus ornatissime Princeps, oculos aperiuunt,
 auresque referant, & ne somnus leuiter obre-
 pat, vigilantes aspiciunt, quibus quantisque for-
 tunæ telis pectus geramus aduersum, cuius
 viribus vix obstant humana consilia, & ex a-
 liorum casibus, quam lubrico in loco positi

M 3

si-

simus, aduertunt: auaritiæ, luxui, furori, iactantiæq; parcentes, lætitiæ modum ponunt, memores, dum elatas mentes lætitiæ, aut aliquo irritatas casu aliquid enorme subintrat, ea lege ascendisse, quæ cæteri: ruituros, si in puncto tēporis, si fortunæq; liberit, pœnasq; duros, quantoq; magis ad astra transferri se vident, tanto accuratius desiderium humili in loco desigunt, Deum summa veneratione colentes, & totis viribus diligentes, sapientiam virtutesq; sequentes, honorâtes dignos, amicos summa cū fide seruantes, prudentium consilia sumentes, benignos inferioribus se exhibentes, humanitate, misericordia, atque Iustitiâ abundantes, honores, laudes, gloriâ, famamque perquirētes, adæptaque sublimitate se dignos demonstrantes. Quos si contingat quandoq; deijci, non eorū crimine aut culpa factū apparet, sed proteruia fortunæ cūcta vertētis. Hisce prudentissimis viris te licet adiungas, humanissime princeps, illorum vestigia sequi pulchrum & gloriosum existima.

169. Est etiam operæpretium scire, * an melior
An melius sit sit Iustitia animata quam inanimata, quæ in regi bona lege, quæ bono rege. principe iudicibusque esse dicitur. Animata æquitatē intuetur, rigori illâ præferens, varietatē temporū, rerūq; & personarū cōsiderat, seip; eis accommodat. Iccirco hæc plerūq; præferēdā prædicant: vidimusq; excelsos viros melius regi parere, manūq; regia gubernari, quam mediante tot tantarumq; legum sylua, seque

ita

ta facturos, si ad eos casu aliquo reuerti summa deuenisset, profitebantur. Sed quum factæ fuerint leges, vt humana coereretur audacia, & inter improbos tuta esset innocentia, constat legum editionem necessariam fuisse, maxime crescente hominum malitiâ, neque solum propter malos à scelere retrahendo, sed etiam propter bonos defendendos editas fuisse leges. Habent enim instituta maiorum suos modos, causas, rationes, & utilitates. hæc quum timentur, Diuo Hieronymo teste, & mali coercentur, & boni inter malos quietam vitam agunt. Quod si iudicium arbitrio cuncta dirimerentur, effrænata illorū cupiditas omnia deuoraret, & quod hic statueret, alius destrueret, & eadem quæstio, resq; nunquā pariformiter decideretur, aut perperâ cōtēptis legibus determinaretur, vt ea sæpè experimento cognouimus. Et quanuis iudices quandoq; mali sint, cōtentionesq; & differētiâs foueant, litesque immortales vel reddāt, vel esse patiantur, vitium est hominum, nō legū, quæ semper bonæ sunt, & ad minuendum lites tendunt. Melius est igitur ab optima lege, quā ab optimo viro gubernari. Vnde secūdū Philo sophū, qui legē præesse iubēt, Deū præesse & leges iuhere videntur: qui autē hominē præesse iubet, adiungit & saxū bestii. Sed quoraprior, princeps inclite? Epistolam scribere oblitus, librū scribere videri: quā si librū appellare malueris, non repugnabo auctoritati tuæ.

170. Cerno enim, vt cum Hieronymo in quadam
Hæc epist. lib. congruè ius forte nomen acciperet. epistola ad Paulinum loquar, me scriptura-
 rum amore raptum, epistolæ modum excessisse, pluraquæ dixisse, quam statueram. Sed dum causæ grauitas, rei magnitudo, religionisq; & Iustitiæ zelus, orationem meam longius prouexerit, creuit epistola in volumē, & facta est velut sylua quædam, neque culta, neque satis digesta. Verum non epistola quas describit, sed res quæ describitur, (vt Plinij verbo utar) magna est. Ridebo igitur, si quis Momus Horatianum illud mihi occinat, amphora cœpit institui, currente rota: cur vrceus exit? Nec breuitati semper inseruiendum est. Frequens dicebat Plinius mihi disputatio est cum docto & perito quodam domino, cui nihil aque in causis agendis vt breuitas placet, quam ego custodiendam esse cōfiteor, si causa permittat. alioqui præuaricatio est, vt an hie dicenda. Præuaricatio est, inquit, cursum & breuiter attingere, quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda. Nam plerisque longiore tractu vis quædam & pondus accedit: vt que corpori ferrum, sic oratio animo non ista magis, quàm mora imprimitur. Quis igitur propositum iter iam absoluerimut, ex altoque optatum perspiciatur litus, cym baque nostra varijs agitata vndis fatiscat, res postcit, instat tempus iam riuos claudere. Cōplicanda igitur mihi sunt vela, ac in hibendi remi, receptuique canendum, & placido cursu vt

su, vt portum subeamus, contendendum, gratias altissimo agentes, qui nos ad optatum finem perducere dignatus est. Scio non defuturos vitiligatores. vix enim super sunt qui bus semper cuiusquam scripta vel gesta placuerunt. ita est ingenium mortalium. virtutem præsentem si non odimus, certe negligimus, sublatam ex oculo quærimus inuidia. Fuit hoc, erique perpetuum, vt veneratio vt rustatē, præsentē ætatem comitetur inuidia. Hinc ait ille poeta laudes hominū mors inchoat. & Hieronymus Iudicijs oblatantium nō mouebatur, quod in vtranque partem aut amore labantur, aut odio. Et tamen non dubito me habiturum multos defensores, quibus gratia erunt tot labores, quos pro communi vtilitate perpepsi sumus. Superest solum inclite Princeps, vt dicam vale, Iulij Cæsaris tibi optans fœlicitatem, * audaciā & memoriam: nihil enim M. Cicerone teste, præter inimicitias obliuisci solebat: Traiani Iustitiā, & ad faciendum Iudiciū, in populis tuis, beneq; regendum, Salomonis sapientiam, Alexandri Seneri integritatem & fortitudinem, Numæ Pompilij religionem & fidem, ac Theodosij pietatem, & quicquid in præscorum Imperatoribus & regibus infigne fuisse legitur. Quod si licentiore epistola vsus sim, & in aliquo benignitas tua læsa fuerit, æqui boniq; consulas, & in culpa nostra (vt cum Plinio ad Vespasianū loquar) ti-

171.
De obiecta-
toribus.

172.
De veneratio-
ne veterasti-
morum & contemptu
præsentis vira-
tium.

173.
Optat sua
principi.

186 DE RECTA PRINCIPIS
bi ignoscas, iamq; vale, & viue ad Nestoris an-
nos, & ad optata tandem, foelicibus incre-
mentis, te Christus optimus prouehat. Ex
vrbe tua Vercellarum. M. D. XL.

Ad diuum Pedemontium Principem,
Philibertum à Sabaudia Ter Maximum,
Philibertus à Pingon Sabaudus
subditorum Ter Minimus.

Edocet Heroas Cagnolus origine cretos,
Historiam monitis comprobat vnde tuam.
Mox tibi se validis respublica legibus offert,
Pace, vel armata restituenta manu.
Nunc Chiron, & Homerus eant: Es maior Achille.
Attis eat: Maior dat sacra iura Solon.

Al-

ALTERCATIO HA-
DRIANI AVG. ET
EPICTETI PHI-
LOSOPHI.

HADRIANVS. Quid erit, si nobis cinclum
soluas, neque nudaberis ipse? respice corpus,
quo & doceri possis. EPICTETVS. Epi-
stola est. H. Quid est epistola? E. Tacitus nuncius.
H. Quid est pictura? E. Veritas falsa. H. Qua-
re hoc dixisti? E. Videmus enim po a pilla. flo-
res, animalia, aurum, argentum, & non est verum.
H. Quid est aurum? E. Mancipium mortis. H.
Quid est argentum? E. Inuidia locus. H. Quid
est ferrum? E. Omnis artis instrumentum. H. Quid
est gladius? E. Regimen castrorum. H. Quid est
gladiator? E. Sine crimine homicida. H. Qui
sunt qui sani egrotant? E. Qui aliena negotia
curant. H. Qua ratione homo lapsus non sit?
E. Lucrum faciendo. H. Quid est amicitia? E.
Concordia. H. Quid est longissimum. E. Spes
II. Quid est Spes? E. Vigilantis somnus, ex-
spectanti dubius euentus. H. Quid est quod homo
videre non potest? E. Alterius aurum. H. Qua
re peccant homines? E. Cupiditate. H. Quid
est libertas? E. Innocentia. H. Quid regi & mise-

ro commune est? E. Nasci & mori. II. Quid est
optimum ac pessimum? E. Verbum. II. Quid est
quod alij placet & alij displicet? E. Vita. II. Quid
est optima vita? E. Breuissima. II. Quid est certissi-
mum? E. Mors. H. Quid est mors? E. Perpetua
securitas. H. Quid est mors? E. Timenda nulli,
si sapiens degat, Inimica vita, Numen animanti-
um, Metus parentum, Liberatorum prada, Testamen-
ti gratia, Post obitum sermo, Suprema lachryma,
Post memoriam oblitio, Fax rogi, Onus sepulchri,
Titulus monumenti, Mors omnium malorum finis
est. H. Quare mortuus coronatur? E. Agonem
se vita transigisse testatur. H. Quare mortuo pol-
lices ligantur? E. Ut parem post obitum esse se ne-
sciat. H. Quid est vespillo? E. Quem multi deu-
tant, & nemo effugit. H. Quid est rogu? E. Con-
tentio crediti, persolutio debiti. H. Quid est tu-
ba? E. Belli incitamen, C. astri signum, Arena ad-
monitio, Scene commissio, Funeris deploratio. H.
Quid est monumentum? E. Saxa stigmosa, Otiosi
viatoris spectatio. H. Quid est homo pauper? E.
Quem ut puteum desertum omnes aspiciunt, & suo
loco illum relinquant. H. Quid est homo? E. Bal-
neo similis. Prima cella tepidaria vinctuaria, insans
natus perungitur. Secunda cella, sudatoria, pueri-
tia est. Tertia cella, ussa perferetaria, iuxetus. Quar-
ta cella, frigida, senectus, omnibus aquat senten-
tia. H. Quid est homo? E. Pomo similis, Poma

vt

vt in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra,
aut matura cadunt: aut, si cito, acerba ruunt. II.
Quid est homo? E. Sicut lucerna in uento posita.
H. Quid est homo? E. Loci hospes, Legis imago, Ca-
lamitatis fabula. Mancipium mortis, Vita mora:
quo fortuna sepe suos ludos facit. II. Quid est for-
tuna? E. Ut matrona nobilis, qua in seruos se im-
pingit. H. Quid est fortuna? E. Sine iudicio proxi-
ma meta, Alienorum honorum casus: Ad quem ven-
it, splendorem ostendit: a quo recedit, vimbram fa-
cit. H. Quot sunt autem fortuna? E. Tres, Vna
caeca, qua vbilibet se impigit. Et alia insana, qua con-
cedit, cito aufert. Tertia surda, qua miserorum pre-
ces non exaudit. II. Quid sunt dii? E. Oculorum
signa, Mentis numina. Si metuis, timor est: si conti-
nes, religio est. H. Quid est sol? E. Splendor orbis,
quit tollit & ponit diem, per quem scire nobis cur-
sum horarum datur. II. Quid est luna? E. Diei
adiutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum. II. Quid
est caelum? E. Culmen immensum. H. Quid est
caelum? E. Aer mundus. H. Quid sunt stellae? E.
Fata hominum. II. Quid sunt stellae? E. Litora Ge-
bernatorum. II. Quid est terra? E. Horreum Cu-
beris. H. Quid est terra? F. Cellarium vitae. II.
Quid est mare? E. Iter incertum. H. Quid est
naui? E. Domus erratica. H. Quid est nauis? E.
Vbilibet hospitium. H. Quid est nauis? E. Numi-
na Neptuni, Anni cursum tabellarium. H. Quid
est

est Nauta? E. Amator pelagi, firmi defertor, contemptor vitæ, mortisq̄, vnda cliens. H. Quid est somnus? E. Mortis imago. H. Quid est nox? E. Laboranti requies, grassanti lucrum. H. Quid est culcitra? E. In somnis volutatorium. H. Quare Venus nuda pingitur? E. Nuda Venus picta, nudipinguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet. H. Quare Venus Vulcano nupta est? E. Ostendit amorem ardore incendi. H. Quare Venus straba est? E. Quia prauus est amor. H. Quid est amor? E. Otiosi pecloris molestia, In puero pudor, In virgine rubor, In scœmina furor, In iuvene ardor, In sene risus, In derisore delicti, nequities est. H. Quid est Deus? E. Qui omnia tenet. H. Quid est sacrificium? E. Delibatio. H. Quid est sine societate? E. Regnum. H. Quid est regnum? E. Pars deorum. H. Quid est Cæsar? E. Publica lucis caput. H. Quid est senatus? E. Ornamentum vr̄bis, splendor civium. H. Quid est miles? E. Murus imperij, defensor patriæ, gloriosa seruiens, potestatis indicium. H. Quid est Roma? E. Fons imperij orbis terrarum, mater gentium, rei possessor, Romanorum contubernium, pacis æterna consecratio. H. Quid est victoria? E. Belli discordia, pacis amor. H. Quid est pax? E. Tranquilla libertas. H. Quid est forum? E. Templum libertatis, arena litigantium. H. Quid sunt amici? E. Statua aurea sunt

sunt. H. Quid est amicus? E. Pomo citreo similis, foris beatus. nam intra peclus acidum occultat malum. H. Quid sunt parastri? E. Qui tanquam pisces adescantur.

F I N I S.